



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

Sessio XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

cum omni dexteritate petendo eleemosynâ pro sustentatione dicti Hospitalis, recipiant tantum quod sibi liberaliter offertur, neque super his eleemosynis ullam conventionem quovis modo faciant, etiâ in utilitatem dicti Hospitalis. Diligenter autem curabit Amplitudo tua, ut hæc omnia ritè obseruentur, & ad id diligenter animadvertat, immo (quo etiam Sanctitas sua conscientiam tuam gravari voluit) aduigilabit ut quicquid dictarum eleemosynarum nomine fuerit collectum, id totum in usum tantum ipsius Hospitalis, & non in alium conuertatur. Ex quo rescripto requisita plura quæ ad colligendas eleemosynas interueniri debent in personis ad hoc deputatis, colligunt Zerol. d. verb. questores, & Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 7. num. 30. vers. quæstorum. In Hispania autem priuilegio Alexandri VI. ad petitionem Catholicorum Regum Ferdinandi & Elisabeth sunt deputate certæ personæ, ut bene & diligenter examinent, an sint verè literæ, quibus extorquent eleemosynas huiusmodi quæstuarij, quod priuilegium refert ad litteram Azened. l. 37. tit. 6. lib. 3. noua recop.

3. Non obstantibus priuilegijs, &c.] Ordinarium non obstante qualicumque exemptione posse incarcerare, excommunicare, & castigare huiusmodi eleemosynarum quæstores, prout expedire fuerit arbitratus, resoluit Eras. à Cochier de iurisdic. ordinarij in exemptis p. 2. quæst. 45. num. 96. quem refero d. par. 3. alleg. 109. num. 5. in fine.

4. Priuilegia medicantium ne prohibeantur petere eleemosynas, non sunt abrogata per hoc decretum Concilij, quia in eo tantum abolerunt quæstores qui prædicant, vel publicant indulgentias concessas his, qui manus adiutrices porrexerint pijs locis, pro quibus petunt eleemosynam, non verò in mendicantibus pro sui sustentatione quæstuantibus, iuxta quoddam decretum Pij V. reuocantis similes indulgentias quæstuaras concessas porrigentibus manus adiutrices pijs locis, vt per Fr. Emman. d. ro. 2. q. 52. art. 7. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 24. num. 7. Hieron. Roderic. in compendio quæst. regul. resol. 59. num. 5. vbi subdit pro Ordine Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum extare duas concessiones Benedicti XII. quibus conceditur quæstus eleemosynarum

dicti Ordinis pro redemptione captiuorum.


Fratres Ordinum mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohiberi quominus per se ipsos in diocesis, vbi habent Conuentus, eleemosynas querant, sed tantum si extra loca vbi monasteria existunt, querantur voluerint, teneri suorum superiorum licentiam ordinario ostendere, resoluit Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 59. num. 11. Campan. in diuersis iuris Canon. vrb. 12. c. 13. num. 134. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 4. ca. 2. num. 146. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. c. 3. num. 47. vers. quoad quæstiones. Ego ipse d. alleg. 109. num. 10.

6. Regulares, qui ex institutione, aut facultate Sedis Apostol. eleemosynas querant, aut aliâ mendicare possunt, non teneri petere ab Ordinarijs licentiam eleemosynas per diocesim petendi, cum in erectione monasteriorum hæc licentia eis tacitè ab Ordinarijs impartita censeatur, vt per Aidan. in compendio canonic. resol. lib. 3. tit. 8. num. 6. attestans ita censuisse S. Congreg. Episcop. & Regul. in Venet. 6. Octobris 1597.

7. Indulgentias verò, &c.] Indulgentias omnes quæstuaras à Pio V. vel prædecessoribus concessas, vel in posterum concedendas quibuscunque personis & locis, pro quibus scilicet consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, etiam quæ quæstuarij facultatem quomodolibet continent, ab ipso Pio V. reuocatas esse asserunt Nauarr. consil. 79. de regular. in antiq. aliâ consil. 3. de panit. in nouis. Sayr. in florib. decif. sub illo tit. de Regularibus decif. 86. Galet. d. verb. Indulgentia 1. Ego ipse d. alleg. 109. num. 12.

8. Adhibitis duobus de Capitulo.] Ab Episcopo, non verò à Capitulo eligendos esse, refert decifum Iul. Laur. de indulgent. p. 2. c. 18. num. 9. Et si quando adhibentur ab Episcopis, seu locorum Ordinarijs in publicandis indulgentijs, alijve spiritualibus gratijs sine fraude tempore diuini officiorum eos abesse simul cum Episcopo contingat, priuandos non esse distributionibus quoadianis tanquam absentes propter Ecclesiæ utilitatem ex officio sibi attributo, resoluit Monet. de distribut. quotid. par. 2. quæst. 8. num. 16. in ult. impressione.

9. Populo publicandas, &c.] De publicatione Indulgentiarum Papalium à Parochis faciendâ, vide Bert. Lucenf. in praxi crim. Regul. tit. 4. ca. 34. num. 3. vers. Indulgentias item, metipsum de Parocho c. 16. num. 19.



S E S S I O XXII.

Doctrina de sacrificio Missæ.

- 1 Doctores de sacrificio Missæ agentes.
- 2 Stipendium licet accipere pro celebranda Missa.
- 3 Quod sit iustum ostenditur.
- 4 Sacerdos recipiens à pluribus plura stipendia pro Missarum celebratione, non potest vnica Missa omnibus satisfacere.
- 5 Portionem etiam minimam ex eleemosynis Missarum celebrandarum, non possunt Ecclesiæ, & loca pia sibi retinere.
- 6 Rector beneficij potest Missam per alium celebrare,

- 7 Sacerdotes verò debent absolutè integram eleemosynam tribuere celebranti.
- 8 Sacerdos qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, non potest eandem Missam alteri celebrandam committere, retenta sibi parte eiusdem eleemosynæ.
- 9 Sacerdoti non licet celebrare Missas anticipatè.
- 10 Præcepto de audienda Missa satisfacit qui horas canonicas ex obligatione recitat.

Sacro sancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, vt vetus, absoluta atque omni ex parte perfecta de magno Eucharistiæ mysterio in sancta Catholica Ecclesia fides, atque doctrina retineatur, & in sua puritate, propulsatis erroribus, atque hæresibus, conferuetur de ea, quatenus verum, & singulare sacrificium est, Spiritus sancti illustratione edocta, hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

Barb. Collect. in Concil. Trid.

1. **V**ide Innoc. III. Mich. Timoth. Ioan. Bapr. Scortiam, Alexandr. Alen. Martin. de Prias in suis specialibus tractatibus de Missa, Alcuin. de diuinis offic. ubi de celebrat. Missa, Remig. de celebrat. Missa, Gabriel. in canon. Missa, Stephan. Educen. de Sacrament. Altaris ca. 12. & 13. Castro lib. 10. aduersus hereses verb. Missa, Gasp. Catalium de sacrificio Missa, Episcop. Oxoment. verb. Missa, Serran. in expositione Missa sacrosanctae. Caetan. in opus. de sacrificio. Missa contra Luther. Petr. Soto lect. de Missa, Couarr. lib. 9. cap. 22. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Missa. Fr. Emann. in summa tom. 1. cap. 22. de Missa. Henric. in summa lib. 9. de vero Missa sacrificio. Cardinal. Bellarm. in suis controuersus Catholicis, ubi de Missa Iodoc. Cocc. tom. 2. thesaur. Cathol. lib. 6. art. 4. Barthol. ab Angel. in examina. confes. dial. 5. de Missa. Chamerot. de Sacrament. ubi de sacrificio Missa. Luc. Pinell. in tract. de valore Missa. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 10. cap. 18. cum segg. Gabr. Vazquez in 3. p. tom. 3. ca. 83. disp. 220. Galanet. de iure publico lib. 3. tit. 80. cum segg. Soar. tom. 3. disp. 72. Bonacin. de Sacrament. disp. 4. q. vltim. Aegid. de Coninc. de Sacrament. tom. 1. quest. 7. Balduin. in super opera controuers. Bellarm. p. 2. lib. 4. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 2. q. num. 143. cum segg. Fr. Ludouic. Miranda in manual. Pralat. tom. 1. quest. 4. quorum plures refero Ego ipse de officio. & potest. Episcopi. p. 2. alleg. 24. & in collect. ad rubr. de celebratione Missarum. num. 2. Fernandez in examinae Theologia moral. p. 3. ca. 5. de sacrificio Missa. Vincent. Filluc. in quarto moral. tract. 3. Pagan. Gaudent. de dogmatibus & ritibus veteris Ecclesiae. cap. 52. & 53. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. c. 8. cum segg. Hurtado de Sacram. tom. 2. tractat. de sacrificio Missa.
2. Licitum esse usum accipiendi stipendium, vel pecuniam pro celebranda Missa specialiter alicui applicata, nullamque ob id committi simoniam, etiamsi Sacerdos eam exigat ex pacto, resoluit Anton. Cordub. de casibus conscientiae. casu 27. Mich. Timoth. de sacrificio. Missa. tract. 3. quest. 48. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 96. à num. 32. Henric. in summa lib. 9. cap. 22. Gutier. canon. lib. 1. cap. 29. à num. 3. Morl. in Emporio iuris. p. 1. tit. 1. q. 13. à principio. Petr. de Ledefina in summa p. 1. de Sacram. ubi de Eucharistia. c. 18. vers. quarta conclusio. Soar. tom. 3. disp. 63. sect. 1. cum segg. Less. de iustit. lib. 2. c. 35. Homobon. de bonis de examine Ecclesiast. p. 1. tract. 4. c. 13. q. 1. 16. Vazq. d. tom. 3. disp. 234. Agid. de Coninc. de Sacram. tom. 1. q. 83. num. 195. cum segg. Cened. ad Decretal. collect. 44. num. 5. Ego ipse de officio. & potest. Episcopi. p. 2. alleg. 24. num. 2. Fagundes in quinque Eccles. precepta. prec. 1. lib. 3. cap. 7. à num. 5. Lezana in summa. quest. Regular. c. 21. num. 4. Fraxinel. de Sacerd. obligat. ad Missas pro alijs ex iustitia celebrandas. sect. 3. prenot. 1. §. 2. ubi §. 4. resoluit quod Sacerdotes diuites siue ex bonis temporalib. & hereditarijs, siue ex bonis Ecclesiasticis, ut sunt aliqua simplicia beneficia, canonicatus, &c. quibus dicti Sacerdotes non tenentur celebrare, possunt stipendia pro Missis dicendis accipere.
3. Iustum verò stipendium esse, quod lege, Synodo, vel ab Episcopo statutum est, vel consuetudine receptum, ut valor vnus argentei, id est, vnus Realis, aut Iulij, tenent Petr. de Ledefina d. cap. 8. conclus. 7. & 8. Vazq. d. tom. 3. disp. 234. c. 4. Didac. Nugn. de Sacrament. tom. 1. ad quest. 83. art. 1. par. 3. tract. de sacrificio. dub. 9. concl. 1. Vicentius Fernandez. in mixta disput. de sacrificio Missa ad repetit. text. in cap. cum frangitur. de consecrat. dist. 2. par. 4. dub. unico. ad 6. in fin. Aragon. 2. 2. quest. 85. de sacrificio. art. 3. vers. sed dubitabit aliquis. Ego ipse d. alleg. 24. num. 3. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Missa. §. 3. resoluit quod si homines diuites manus stipendium quam lex, aut consuetudo praescribit, gratis, & spontaneè darent Sacerdoti, illud legitime posset accipere Sacerdos, & vice versa si Sacerdos à pauperibus minora stipendia fumere voluerit, nullum erit inconveniens, & eandem sect. 3. prenot. 1. §. 3. in princip. tenet Sacerdotem pro obligatione celebrandi summo manè, vel in loco à ciuitate distante pro labore praevio in itinere, vel ena certis diebus & determinatis loci posse pinguius recipere stipendium, quam lege fit, aut consuetudine receptum ex cap. significatum. de praebend.
4. Vtrum autem Sacerdos recipiens à pluribus plura

stipendia pro Missarum celebratione, possit vnica Missa omnibus satisfacere? Est inter Doctores controuersum ut videre licet per citata s à me ipso d. alleg. 2. 4. num. 4. & ibi citatis adde Homobonum de bonis de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 4. cap. 13. quest. 119. Petr. Nauarr. de restitu. lib. 2. c. 2. num. 433. Diana resolut. moral. part. 1. tract. 14. resol. 8. Lazana in summa quest. Regul. cap. 21. num. 5. Torreblanca de iure spirituali lib. 2. cap. 9. nu. 67. cum segg. Bartholà S. Fausto tract. de suffrag. d. 1. q. 67. super quo habemus nouissimam declarationem sacrae Congregationis Concilij. S. D. N. Urbano VIII. approbatae, edita sub die 21. Iunii 1625. & apud imprefforem Cameralem typis mandata in haec verba: Deinde ubi pro pluribus Missis, etiam eiusdem qualitatis celebrandis, plura stipendia, quantumcunque incongrua & exigua, siue ab vna, siue à pluribus personis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Monasterijs, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, aut alijs pijs locis quibuscunque tam secularibus, quam Regularibus, sacra Congregatio sub obtestatione diuini iudicij mandat ac praecipit, ut absolute tot Missae celebrentur, quot ad rationem attributae eleemosynae praescriptae fuerint, ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, suae obligationi non satisfaciunt quinimo grauer peccent, & ad restitutionem teneantur. Sed verò vt deinceps obseruetur exactius, sacra Congregatio eadem auctoritate reuocat privilegia, & indulgetia omnia quibusvis personis Ecclesiasticis ac locis ipsis, tam secularibus quam Regularibus cuiusvis Ordinis, Congregationis, & instituti, quacumque; ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Annuariariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus, plurius missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

5. Nouissimè sacra Congregatio Concilij super decretis eiusdem Congregationis de celebratione Missarum, Sanctissimo Domino Nostro Urbano VIII. approbante, declarauit permittendum non esse, vt Ecclesia, ac loca pia, seu illorum administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum, illam utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesia & loca ipsa alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quae pro ipsomet tantum Missae sacrificio sunt subeunda, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, vt ex pecunijs, quae supersunt, expensis, vt supra, deductis, absolute tot Missae celebrentur, quot praescriptae fuerint ob offerentibus eleemosynas.

6. Deinde declarauit satis esse, vt Rector beneficij, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti eleemosynam congruam secundum morem ciuitatis, vel prouinciae, nisi in fundatione beneficij aliud cautum fuerit.

7. Sic etiam censuit Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna maior solita pro celebratione Missae, debere absolute integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse, declarans pariter, quando tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non praesiterit, tunc tot Missas celebrari debere, quot praescripserit Ordinarius, secundum morem suae ciuitatis ac prouinciae, ad etiam cum Ordinarius praescripserit eleemosynam congruam iuxta qualitatem loci, personarum ac temporum Sacerdotes accipientes stipendium minus congruum teneri Missas illis ab offerente praescriptas celebrare.

Quas

Quas quidem declarationes originales præ manibus habui, & impressas vidi in Typographia Cameræ Apostolicæ de anno 1626.

8. Vtrum verò Sacerdos qui aliam pecuniæ quantitatem accepit per se, aut per alium pro dicendis Missis, vel ut eas faciat celebrare per alios Sacerdotes, si eas celebrare faciat per alios minori pitantia, possit iuste sibi retinere residuum eius, quod sibi datum fuit, sine peccato & restitutione; vide Doctores per me citatos d. alleg. 24. nu. 11. quibus adde Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico trac. 4. c. 14. quæst. 131. super quo eadem sacra Congregatio in decretis de celebratione Missarum, in quibus supra etiam in hæc verba censuit: *Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte eiusdem elemosyna sibi retenta, celebrandam committat.*
9. Vtrum etiam liceat Sacerdoti celebrare Missas anticipatè; vide Doctores citatos d. alleg. 24. à nu. 12. Et an peccet mortaliter, qui celebrat Missam ante Matutini officij

recitationem, vide *ibidem* num. 15. & Doctoribus citatis pro negatiua parte addo Scort. de sacrificio Missæ lib. 2. cap. 6. Fernandez part. 3. c. 5. §. 4. Homobon. de Bonis d. trac. 4. cap. 16. quæst. 147.

An præcepto de audienda Missa satisfaciat ille, qui ad horas Canonicas obligatus eas tunc recitat, aut alias preces, ad quas tenetur ex voto, aut quia sunt à Confessario ei in penitentiam impostæ, tunc item recitat? Affirmant Nauarr. in manuali cap. 21. num. 8. & de orat. cap. 19. num. 178. & in cap. si quando, notab. 19. num. 184. de rescript. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 15. quæst. 3. Benzon. de lubilao lib. 2. cap. 15. dubit. 30. Soar. tom. 3. disput. 88. sect. 8. in fin. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 19. quæst. 1. num. 14. Ægid. de ConincK. de Sacram. tom. 1. q. 83. n. 307. Rague. de Missa in Ecclesia, q. 99. & 205. lul. Lauer. de lubilao, & indulgent. p. 2. c. 5. n. 28. in fin. Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. vlt. punct. 11. n. 25. & de horis canon. disput. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 14. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 5. quæst. 3. & lib. 10. cap. 12. quæst. 10. plures alij, quos citauimus in collect. ad cap. dolentes 9. num. 21. de celebrat. missar.

De Sacrificij Missæ institutione & representatione.

C A P V T I.

- | | |
|--|--|
| 1 Doctores de materia text. agentes. | 16 Lauabo inter innocentes. |
| 2 Sacrificium Missæ remittit peccata venialia. | 17 Oratio, Suscipe sancta Trinitas. |
| 3 Missam Christi instituit. | 18 Orate fratres. |
| 4 Introitus Missæ à Cælestino I. introductus. | 19 Prefationis auctor. |
| 5 Gloria Patri ordinauit Damasus. | 20 Sanctus ter in fine prefationis canitur ex Apostolica traditione. |
| 6 Kyrie eleison ordinauit S. Gregorius ut nouies in Missa diceretur. | 21 Canonis quis primus auctor. |
| 7 Gloria in excelsis Deo primus instituit Thelephorus. | 22 Oratio Dominica. |
| 8 Dominus vobiscum ab Apostolis institutum. | 23 Pacem dari in Missa ordinauit Innocentius I. & Leo II. |
| 9 Orationes, siue Collectæ ab Apostolis instituta. | 24 Agnus Dei ut ter à Clero & populo diceretur ordinauit Sergius I. |
| 10 Epistolarum Missæ quis auctor. | 25 Ite Missa est ex Apostolica traditione processit. |
| 11 Gradualis, Alleluia, Tractus, & sequentiæ auctor quis. | 26 Missæ sacrificium ut sub vna specie fiat, potest Papa ex urgenti causa concedere. |
| 12 Euangelica lectio à quo instituta. | 27 Sacerdos solus est minister consecrationis. |
| 13 Symbolum fidei, siue Credo ab Apostolis ortum duxit. | 28 Eucharistiæ Sacramentum, finita cæna legali, seu ceremoniali agni, institutum. |
| 14 Antiphonæ, quæ & Offertorium, institutor quis. | 29 Sacrificium oblatum a Sacerdote in peccato mort. prodest. |
| 15 Orationes quatuor, quibus Hostia, & Calix offeruntur, & benedicuntur. | 30 Sacrificium Missæ à Malachia prædictum est. |

Quoniam sub priori Testamento, teste Apostolo Paulo, propter ^a Leuitici sacerdotij imbecillitatem consummatio non erat, oportuit, Deo patre misericordiarum ita ordinante, Sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum Iesum Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noster etiam ^b semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur, quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendū non erat, in cæna nouissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ spõsæ suæ Ecclesiæ visibilis, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, a quo cruentum illud, semel in Cruce peragendum, repræsentaretur, eiusque ^c memoria in finem vsque sæculi, permaneret, atque illius salutaris virtus ^d in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, Sacerdotem ^e secundum ordinem Melchisedech, & se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum ^f sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc ^g noui Testamenti Sacerdotes constituebat, ut fumerent tradidit, & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba: ^h Hoc facite in meam commemorationem, uti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit, ⁱ Nam celebrato veteri Pascha, quod in memoriâ ^j exitus de Aegypto multitudo filiorum Israël immolabat, nouum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriâ transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit, ^k eripuitque de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. ^l Et hæc quidem ^m illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest, ⁿ quam Dominus per

Barbosi, Collect. in Concil. I. r. id.

Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit, & quam non obsecrè inquit Apostolus Paulus, ^h Corinthiis scribens, cum dicit, non posse eos, qui participatione mensæ Demoniorum polluti sunt, mensæ Domini participes fieri, per mensam altare utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ, & legis tempore, similitudines figurabatur, utpote quæ bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio & perfectio complectitur.

1. **V**ide Soto in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 4. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 18. q. 7. vers. quæres an in alijs, Cardinali Bellarm. lib. de Miss. c. 6. & 7. Vazq. in 3. part. tom. 3. dist. 218. num. 8. Petr. de Ledema in summa part. 1. de Sacramento. vbi de Eucharistia, c. 17. conclus. 1. Agid. de Conu. K. de Sacramento. tom. 1. q. 83. num. 32. & 75. Raguc. de Missa in Ecclesia, q. 2. Fr. Ludovic. Miranda in manuali Prælator. tom. 1. q. 4. art. 1. conclus. 1. Fernandez in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 1. §. 7. num. 3. Molies. in summa Theolog. moral. tract. 3. cap. 8. num. 24. & cap. 9. num. 21. Fagundez in quinque Ecclesie præcepta lib. 3. cap. 2. num. 10. Homobonus de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 4. quæst. 111. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 8. num. 8. cum seqq.
 - a. Quo eruentum illud, &c.] Vide Vazq. d. tom. 3. dist. 221. num. 30.
 - b. In remissionem eorum.] Vide Fr. Ludovic. Miranda d. tom. 1. q. 41. art. 10. vbi intelligit de peccatis venialibus, quia per dict. quotidianæ, hic postquam, datur intelligi quòd sit sermo de peccatis venialibus, ut scilicet eorum remissionem, & veniam consequantur.
 - c. Secundum ordinem Melchisedech.] Vide Damasum Lindanum in Panopli. lib. 4. cap. 42. Fagundez in quinque Ecclesie præcepta. præc. 1. lib. 3. cap. 1. num. 3. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. c. 8. num. 12.
 - d. Se in æternum constitutum declarans.] Vide Ioan. de Lugo de Sacram. tom. 1. tract. de Eucharist. disp. 19. sect. 6. n. 86. Missam Christum instituisse quando corpus iuum & sanguinem consecrans in cæna communicauit Apostolis, dicens, Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, referunt Hugo de S. Victore lib. 2. de officijs Ecclesiasticis, Iacob. de Grass. in aureis decisionibus part. 1. lib. 2. c. 47. nu. 3. & ita quoad essentialia secundum sacram Scripturam & traditionem Ecclesie, probat Reuerendiss. Serranus in exposit. Missæ sacrosanctæ, prælat. 1. num. 3. in principio. Quo ad accidentia verò ea haberi ex ordinatione & institutione Principis Apostoli Petri, obseruant Isidor. lib. 1. de Eccles. offic. cap. 15. S. Thom. 3. part. quæst. 38. art. 2. ad 5. Cardinal. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. c. 14. argum. 9. VValfred. de rebus Ecclesiast. cap. 22. & Durantus de ritibus Ecclesie lib. 2. cap. 3. illumque dixisse primam Missam in Antiochia, referunt Raban. lib. 1. instit. cleric. cap. 23. Rupert. de diuin. offic. lib. 2. cap. 21. Canis. de Eucharist. c. 7. Cardin. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 14. Torreblanca d. cap. 8. num. 35. & quod dicitur in cap. Iacob. de consecrat. dist. 1. intelligendum de celebratione, solemniter notat Soto in 4. dist. 3. quæst. 2. art. 4. & ita quoad caeremonias & orationes secundum diuersa tempora fuit aucta, tum ab ipsismet Apostolis, tum etiam à diuersis Summis Pontificibus, prout decentius illis visum est, ad augendum diuinum cultum in hunc modum.
 1. Introitum introductum esse ab Cælest. I. scribunt Durand. in orat. diuinis lib. 4. Raban. lib. 1. instit. cleric. cap. 32. VValfred. de rebus Ecclesiast. cap. 22. Petr. à Soto de caeremonijs Missæ scilicet. 3. Mirol. de Eccles. obseruat. cap. 1. Rupert. lib. 2. de diuin. offic. cap. 21. Vel quod ex omnibus Psalmis exciperet Antiphonas, quæ psallerentur in officio Missæ, cum Dionys. Areopagit. de Ecclesiast. hierarchia cap. 3. meminit Psalmorum, qui ad intium Missæ cantabantur: verum credit Amalar. lib. 3. de Ecclesiast. offic. cap. 5. Aut quòd licet non fuerit primus, qui Psalmos ad sacrificium Missæ adhibuit, primus fortè fuit qui Romæ id obseruare voluit, coniectatur Cardinal. Bellarm. lib. 2. de Missa lib. 6. & introitum induplicat Sacerdos ad significandum Patriciarum & Prophetarum desiderium de Christi aduentu, quem orationibus & lacrymis repetitis à Patre æterno postulabant, Serran. in Pericop. Missæ. Barbofa frater meus in tract. de significatis mysteriosis officij diuini & sacrificij Missæ c. 30. pag. 81.
 2. Gloria Patri vt diceretur, antedictus Damasus ordinauit ex Durand. lib. 4. cap. 5. Scottia lib. 3. cap. 9. num. 4. Barbofa d. cap. 30. num. 14.
 3. Kyrie eleison, S. Gregorius ordinauit vt nouies in Missa diceretur, ex Durand. lib. 4. cap. 11. Rupert. lib. 2. de diuin. offic. cap. 21. Petrus à Soto loco citato. Radulphus de canon. obseruat. prop. ult. Serran. 1. part. Missa nam. 45. Scott. d. lib. 3. c. 15. num. 1. & 2. Barbofa frater meus d. tract. de significatis myster. c. 31. Nam ante eundem Gregorium iam erat apud Latinos in vsu, vt euidenter demonstrat Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 16. vt exprimat orationem populi Patribus contententis, & Dei misericordiam deprecantis.
 4. Gloria in excelsis Deo primum instituisse Telephorum Papam vt diceretur in Missa, referunt Durant. lib. 2. cap. 3. & S. Antonin. part. 3. tit. 13. c. 5. §. 1. Sed partim ab Angelis, partim à Telephoro Papa, aut à S. Hilario Pictauiensi Episcopo compositum fuisse asserunt Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 16. & Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. c. 34. q. 3. Verum Stephan. Durantus de ritibus Eccles. lib. 2. cap. 14. num. 1. quem sequitur Serran. part. 1. Missæ num. 47. iudicat verus hymnum istum ab Apostolis constatum, & compositumque fuisse, tum quia ferè integer extat apud Clement. Roman. tum etiam, quia aliâ non poterat supra dictus Telephorus, qui plusquam ter. centum quinquaginta annos præcessit Hilarium, ordinare vt isto iam loco caneretur, vt Telephorus ipse epist. 1. Decretal. & Raban. lib. 1. instit. cleric. cap. 32. atque alij affirmant, id quod manifestum vlteriùs ex his quæ de auctoritate Innocentij III. scripta reliquit Seuerinus Vinus tom. 1. Concil. in not. ad 1. De creatal. Telephorus, nempe Anglicum hymnum ab Apostolis ad gloriam sanctissimæ Trinitatis primò fuisse auctum à Telephoro, deinde sicut nunc extat completum & Pontificia auctoritate, vt ab Episcopis pro loco & tempore, & ab omnibus Sacerdotibus in Missis noctis Natuitatis Domini, quoniam ea nocte Luc. 2. ab Angelo pastoribus annunciatus est, recitaretur, præceptum fuisse, & demum à Symmach. & in Dominicis diebus, & natalijs Martyrum hoc loco decantaretur, fuisse institutum, dicunt Berno de rebus ad Miss. spectantibus cap. 2. Rupert. lib. 2. de diuin. offic. cap. 21. & alij communiter, De hoc hymno Gloria in excelsis Deo Barbofa frater meus d. tract. de signific. myster. c. 32.
 5. Dominus vobiscum instituisse S. Soterum, vel S. Anacleum multi authores scribunt, sed ex auctoritate totius Orientis Concil. Bracharent. sub Theodorum cap. 21. ab ipsis Apostolis institutum esse affirmat, & ipsum ex S. Marc. liturgia constat, imò desumptum esse ex Hebræorum more pluribus Scripturæ sacræ testimonijs probat Petr. Damian. lib. 2. de Dominus vobiscum, cap. 3. Scott. de sacrific. Missæ lib. 3. c. 17. Barbofa d. tract. de signific. myster. c. 33.
 6. Orationes, siue collectas huiusmodi orandi morem ab ipsis fuisse institutum Apostolis, probatur ex liturgijs S. Iacobi, & S. Marci, & colligitur aperte ex canon. 10. alias 11. Apostol. ex Dionysio Areopag. de Ecclesiast. hierarch. cap. 3. & ex Clemente Romano. lib. 2. constit. Apostol. cap. 57. Crescente tamen diuina Religionis cultu, vt notauit VValfred. de rebus Ecclesiast. cap. 22. crescebat etiam paulatim orationum & officiorum Ecclesie compositio & doctis & indoctis pariter, quousque Concil. Carthagin. III. cap. 23. & Concil. Mileuitan. XI. cap. 12. Concil. Trident. in Decreto de vitandis in celebratione Missarum, aliqua interdixere, vt preces & orationes à quibuslibet compositæ, nisi probatæ essent in Concilio, non dicerentur in Missa, ad cuius maiorem obseruationem Gelasius Papa primum, & deinde S. Gregor. I. teste Bernone de rebus ad Missam pertinentibus cap. 1. curauit rationabilia quæque, seclusis his, quæ vel nimia, vel inconcinna videbantur, in vnum volumen coadunare, quo semper est in

est in posterum Ecclesia vsa, mutatis, aut additis, quæ aut temporum varietas, aut festiuitatum nouitas exposcebat. De collecta vide Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 34. quæst. 5.* Didac. de Guzman *part. 2. de la excellencia del sacrificio, de la ley Euangelica cap. 6. S. 5.* Barbosa *d. tract. de signific. myster. cap. 34.*

10. Epitolarum Missæ, quæ modò ex veteri, modò ex nouo Testamento leguntur, quis primus facit author, non bene constat. Nam VValfrid. *de reb. Eccles. c. 22.* & alij, Alex. I. qui multa circa hoc sacrificium in suis decretis instituit auctorem facere. Cæterum variationem magnam in dicta scripturarum lectione fuisse vsque ad tempora S. Hieronymi, qui secundum Micrologum *de Eccles. obseru. cap. 20.* & Bernon. *de rebus ad Missam pertinentibus cap. 1.* ac alios, primus omnium ad diuersitatem vitandam lectiones per totum anni circulum ex Prophetis & Apostolis colligit in libro qui Lectionarius, vel Comes S. Hieronymi inscribitur, constat manifestè ex Concil. Brachar. I. sub Theodormo *cap. 20.* Diego de Guzman *d. cap. 6. S. 2.* Azor. *d. part. 1. lib. 10. cap. 34. 9. 7.* Barbosa *d. tract. de significatis myster. c. 37.*

11. Gradualis, Alleluia, Tractus & Sequentiæ auctor quis fuerit, non bene constat, nam Rupert. *lib. 2. de diuin. offic. cap. 21.* Gradualium institutionem tribuit Cælestino I. Tractuum verò Gelasio, Durand. verò in *Rationali diuinorum lib. 4. c. 21. num. 1. & cap. 22. num. 2. & 3.* Tractus Telesphoro adscribit, alij vt ait Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 34. quæst. 8.* ad S. Gregorium I. Gradualia referunt. Sed cum ipse Gregor. in *Sacramentar. per totum*, Responsorij, siue Gradualia & Alleluia per totum anni circulum disposuerit, & cum ipsemet *lib. 7. epist. 64.* respondens aliquibus de sua ordinatione murmurantibus dicat, illum vsum canendi Alleluia non à se inceptum, sed à tempore Damasi I. auctore S. Hieronymo introductum fuisse, & de Responsorij nihil dicat, quia de hoc vti de re iam vsu recepta reprehensus non fuerat, licet prædictos Pontifices aliqua ordinasse, vel mutasse circa Graduale, Alleluia, & Tractus crediderit, illos horum ita indiscriminatim esse auctores mihi persuadere non possum, cum S. Damaso omnes alios Pontifices numeratos, & vno dempto S. Telesphoro, per plures præcesserit annos. Ratione huius iudicio probabilis Tractus, vt dicit Durand. *d. cap. 21. num. 1.* à S. Telesphoro sumpsisse initium, quò nomine Graduale etiam forsitan comprehenditur, Alleluia postea vel à Damaso exemplo Ecclesiæ Hierosolymitanæ, vt dicit S. Gregor. *d. epist. 64.* vel ab alio aliquo antiquiore Pontifice introductum, & à S. Damaso præceptum fuisse, & vtrunque, Graduale nimirum, & Alleluia, à S. Gregorio renouatum, reformatum & in vnum volumen collectum fuisse, & tandem Sequentias, siue Profas à varijs auctoribus diuersisque temporibus fuisse factas, & in Missa recitari ceptas, non à tempore Nicolai I. vt vult Durand. *d. lib. 4. cap. 22. num. 1.* sed multo antè, esto indiuisibiliter sit tempus ignotum. Nam Stephan. Durant. *de ritibus Eccles. affirmat legi in Ecclesia aliquas Profas à S. Ambrosio & à S. Augustino compositas.* Et Sequentiarum meminerunt Ordo Romanus *cap. 1. ante med.* Alcuin. *de diuin. offic. cap. quid figur. vestim.* & Amalarius, qui Nicolao I. Nogero Abbate (Profarum secundum Durant. *d. cap. 22. num. 2.* auctore primo) sunt antiquiores. Hæc Episcopus Serranus, addens dicta epistol. cantari Graduale symbolum penitentia, qua impetramus peccatorum veniam, & Graduale sequi Alleluia in signum lætitiæ de spe veniæ consequendæ, vide Scort. *d. lib. 3. cap. 22. num. 2.* Durant. *de ritibus Eccles. lib. 2. c. 19. num. 4. & 5.* Diego de Guzman *d. c. 6. S. 2.* Barbosa *d. tract. de signific. myster. cap. 37. 38. 39. 40. & 41.*

12. Euangelica lectio ad Missam adhiberi solita, antiquissima est ceremonia standi dum dicitur ab Apostolis ipsis, vt testatur Clem. Roman. *lib. 2. Constit. Apostol. cap. 57.* deprompta ab Anastasio I. præcepta non instituta, vt alij putant, sed confirmata & obseruata præcepta, etiam in his locis vbi non seruabatur, vt notant Cardin. Bellarm. *lib. 2. de Missa cap. 16.* & Azor. *d. lib. 10. cap. 34. 9. 9.* quia licet in principio non esset Euangelium, quod legeretur in Missa, statim ac scriptum fuit, viuentibus Apostolis le-

gi cæpit, vt insinuare videtur S. Dionys. Areopag. *cap. 3. de Ecclesijs hierarch.* & accurate intulit Cornel. Schukeng. in *B. blorb. Ecclesijs. tom. 1. p. 1. cap. 19.* ex illis verbis Apostoli *2. ad Corinb. 8.* de sancto Euangelista Luca dicentis, Cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias, et ex eo quod Eusebius *lib. 2. de histor. Ecclesijs. cap. 19.* ex Clementis hypotyposeon refert, S. Petrum Euangelium sancti Marci in Ecclesijs legendum ordinasse, in Euangelij lectione Apostolorum predicatio designatur, & in fine osculatur Missale ad significandum Euangelicam doctrinam fuisse eò gaudio suscepta. Latè Barbosa *d. tr. c. 40. de Euangel.*

Symbolum fidei, siue Credo ab Apostolis ortum duxisse, & à quo tempore in Missa recitari solitum, dictum extat *supra fest. 3. in Decreto de symbolo fidei*, in quo, vel in salutatione *Domini vobiscum*, quæ post Euangelium dicuntur, insinuatur gentes recepisse doctrinam Euangelicam, & cum illa Dei gratiam.

Antiphonæ, quæ Offertorium dicitur, quis fuerit institutor dubitat VValfrid. *de rebus Eccles. c. 22.* quamuis affirmet à prioris populi consuetudine in vsum Christianorū venisse. Alij verò, vt refert Radulph. *de canon. obseruat. prop. 23.* institutorem faciunt S. Gregorium Papam I. Sed Rupert. *lib. 2. de diuin. offic. & cap. 21.* id attribuire videtur S. Cælestino I. Varietas hæc ex additionibus, aut variationibus circa hoc factis sumpsisse initium certum credo; sicut fuisse circa offertoria variationes & mutationes aliquas probant Durand. in *Rational. diuinorum lib. 4. cap. 77. n. 4.* & Durandus *de ritibus Eccles. cap. 26. nu. 5.* Diego de Guzman *d. p. 2. c. 8.* Barbosa *de significatis mysteriosis sacrificij Missæ c. 44.* & S. Gregorium in Antiphonario offertoria posuisse certum est, & cum de hoc non fuerit, sicut de Alleluia, nouitatis reprehensus, consequens manifestè sit ab aliquo Gregorij prædecessore fuisse offertoria introducta, ac præ alijs tanto esse Ruperti dictum probabilis, cum Cælestinus per centum sexaginta annos, vel plures Gregor. præcesserit. In offertorio designantur bona opera Domino offerenda, ne fides sine operibus mortua sit.

Orationes quatuor, quibus Hostia, & Calix offeruntur & benedicuntur, probant Bellarm. *lib. 2. cap. 17.* & Azor. *d. lib. 10. cap. 34. quæst. 10.* ante quingentos annos non fuisse lectas in Ecclesia Romana; quia nec in Sacramentario Gregorij I. neque in Ordine Romano aliquæ reperiuntur orationes inter offertorium & orationes secretas, nec VValfrid. Amalarius & alij alius antiquorum Scriptorum illarum meminit, sed promptæ fuerunt, vt Microlog. *de eccles. obseru. ca. 11.* & Radulpho *de canon. obseruat. prop. vlt. placet*, ex Ordine Gallicano, quarum illarum metuo reperitur apud Primas & Aymon. vt affirmat Durant. *de ritibus Eccles. cap. 29. num. 2.* & ab omnibus paulatim receptæ sunt, quia nihil continent, quod offendat, vt notauit Cardin. Bellarm. *vbi supra*, omnes namque in hunc diriguntur finem, vt oblatio accepta sit Deo, & debitè à Sacerdote fiat.

Lauabo inter innocentes. Ceremoniam hanc abluendi manus à principio nascens Ecclesiæ, fuisse vsurpatam, colligi videtur ex S. Dionys. Areopag. *de ecclesijs. hierarch. cap. 3.* & Clemente Romano *lib. 8. constitut. Apostol. lib. 11.* ac ex Cyrillo Hierosolymitano *catech. 5. mystag.* & ex alijs Patribus.

Orationem, *Suscipe sancta Trinitas*, de sumptam ex Ordine Gallicano probant Bellarm. & Azor. *locis proximè citat.* Sicut desumi etiam probarunt a lias quatuor, quibus fit panis & vini oblatio, de quibus supra.

Orate fratres, &c. Huius orationis institutorem Radulphus *de canon. obseru. prop. 23.* facit Leonem I. Durant. verò *de ritibus Eccles. lib. 2. cap. 29. num. 3.* ad Apostolos, immo ad Christum Dominum illam reducit, & vtrunque verum asserere ait Episcopus Serranus. si hic de substantia, & autem de modo, & verbis precatōnis intelligat. Vide Guzman *d. c. 8. S. 7.* Barbosa *d. tract. de significatis mysteriosis sacrificij Missæ cap. 45.*

Prefationem quis primus ordinauerit, sibi ignotum esse fatetur VValfridus. *Strabo de rebus eccles. lib. 22.* sed illic Gelasium primum auctorem esse, & vniuerso creditur, & Pontificale *cap. 50.* in vita Gelasij I. ac Alcuin. *de diuin. offic. cap. de celebratione missarum*, & alij bona notæ auctores

res tradunt, quod quidem intelligi videtur de forma, qua Romana Ecclesia nunc vitur, vel aliquas præfationes addidisse, quarum tamen plures non Gelasium, sed Pelagium I. *epist. 9. decreto cauro quidem & climato se ratione dictasse*, probat *cap. inuenimus, de consecrat. dist. 1. & referunt Burchard, in Decretal. lib. 3. cap. 69. ac Petrus Crespet, in summ. eccles. discipl. verb. Præfatio*, quidquid sit non videtur ambigendum, primam institutionem, & usum ex Apostolica traditione ad nos pervenisse, cum præfationis huius extet memoria apud sanctum Cyprianum in orat. *Dominic. Immo, & sensus & multa verba* apud S. Clementem Roman. *lib. 8. constit. Apost. cap. 12. & alios Gelasio antiquiores*, vt notat Durand. *de ritibus eccles. lib. 2. cap. 30. num. 1. Vide Azor, d. p. 1. lib. 10. c. 34. q. 11. Guzman d. p. 2. cap. 8. §. 6. Hieron. Roman. lib. 4. de Republ. Christ. cap. 6. Barbosa d. tract. cap. 46.*

20. *Sanctus* vt ter in fine præfationis caneretur non ex institutione Sixti Pape I. vt referunt S. Antonin. p. 3. tit. 13. §. 4. Petr. Soto *sect. 13. de cõremon Missæ, Amalar. lib. 3. de eccles. offic. cap. 21. Microlog. de eccles. obseruat. cap. 11. Rupert. lib. 2. de diuinis offic. cap. 21. sed ex Apostolica traditione*, obseruat Nicephori *lib. 18. histor. cap. 51. & probat Durand. d. lib. 2. cap. 21. num. 27. & constat ex liturgiis ipsorum Apostolorum, præsertim ex liturgia S. Iacobi, in qua de verbo ad verbum habetur communis illa Angelorum & hominum adorandæ Trinitatis laudatio, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.*

21. Canonis primus auctor non est omnibus cognitus, & communiter opinio fundata in auctoritate magni illius Gregorij I. tenet Scholasticum quandam Gregorio antiquiorem (quem quidam hominem sic nominatum, quidam Gelasium Papam, quidam Musæum Misilientem, & quidam aliquem alium interpretantur) Canonis extitisse auctorem, sed reuera cum locus S. Gregorij, vt probat Durand. *lib. 2. cap. 32. num. 6. & facile & sufficienter explicetur de sola illa ratione, que incipit, Per quem hæc omnia*, absque hoc quod totum Canonem Scholastico illi tribuamus, & cum Vigilii Papa, qui per aliquot annos Gregorium Papam I. præcessit, scriptum expressè reliquerit, canonem haberi ex Apostolica traditione, vt colligitur manifestè ex Clement. Roman. Dionys. Areopag. Cypriano, Ambrosio, Augustino, aliisque antiquissimis Patribus, qui verba Canonis declararunt, etsi in illo per Romanos Pontifices aliqua quamuis pauca ad preces, non quantum ad essentialia fuerunt addita, & notarunt VValfrid. *d. cap. 22. Microlog. de eccles. obseruat. c. 12. Bellarm. lib. 1. de Missa cap. 20. Et ideo sanctorum commemorationem Canonum ex Apostolica traditione, & antiquissima Ecclesie consuetudine originem traxisse dicendum est, non autem primum omnium instituisse Syriacum Papam, vt volunt Radulph. *propof. 23. & Durand. lib. 4. cap. 38. num. 1. quandoquidem talis commemorationis meminere Dionys. Areopag. de eccles. hierarch. probatur ex ipsis nominibus Sanctorum, quorum memoria in particulari fit à Romanis Pontificibus, immo à particularibus Episcopis solita fuisse addi nomina Martyrum de nouo occisorum in dicta commemoratione, & forsân in hoc aut formam, aut taxationem posuit Syriacus, & ideo huius fuit commemorationis habitus auctor. Principium orationis, Hanc igitur oblationem, vique ad verba illa, Placatus acceptus, inclusivè fuisse à Leone I. Canonis addita, asserunt Durand. *d. lib. 4. cap. 39. num. 4. Radulph. de canon. obseruat. propof. 23. Id ipsum tribuunt Gelasio, Remig. de celebrat. Missæ, & Alcuin. de diuin. offic. cap. de celebratione Missarum; & finem huius orationis incip. Diesque nostros,***

&c. fuisse additum à Gregorio I. affirmant Ioann. Diacon. *lib. 2. de vita S. Gregorij cap. 18. & Beda lib. 2. histor. Angl. cap. 1. De Canone vide alia apud Guzman d. p. 2. cap. 10. Scott. de sacrifi. Missæ lib. 4. cap. 8. Roman. d. lib. 4. cap. 6. Barbosa d. tract. cap. 47.*

Orationem Dominicam à Domino compositam cepit dicere in Missa S. Petrus, & deinde ceteri Apostoli. *Sot. in 4. dist. 13. q. 2. Durand. lib. 4. cap. 5. ex S. Hieronymo lib. 3. aduersus Pelag. contra Innocentium III. lib. 4. de Missa cap. 24. Rupert. lib. 2. de diuin. offic. cap. 21. Radulph. d. propof. 23. tribuentes illam S. Gregorio.*

Pacem dari in Missa Innocent. I. & Leo II. ordinauerunt, Durand. *d. lib. 4. cap. 52. Barbosa d. tract. de significatis myster. cap. 74.*

24. *Agnus Dei* vt ter à Clero & populo diceretur, Sergius Papa I. instituit, Durand. *vbi proximè cap. 54. num. 6. Scott. d. lib. 4. cap. 25. num. 1. Azor. d. lib. 10. cap. 34. q. 12. Barbosa d. tract. cap. 76.*

25. *110. Missa est.* Ex Apostolica traditione processisse constat ex Clement. Roman. *lib. 8. constit. Apostolic. cap. 15. & Cyprian. lib. de spectat. & antiquissimis liturgiis Græcorum. Barbosa de significatis mysterio, sacrifi. Missæ cap. 80.*

26. *Sub speciebus panis, & vini.*] Possè Papam ex causa vrgenti concedere vt consecratio Eucharistie, & sacrificium Missæ in vna specie fiat, tenent Turcremat. *in cap. comperimus, de consecrat. dist. 2. S. Antonin. part. 3. summ. tit. 13. cap. 6. §. 1. Gabr. in Canon. Missæ sect. 13. dub. 3. Alan. lib. 2. de Eucharist. cap. 20. Azor institut. moral. p. 1. lib. 10. cap. 19. q. 2. Soar. tom. 3. in 3. part. S. Thom. disput. 43. sect. 4. vers. secunda sententia est, quos refert Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 4. num. 114. vbi ex Volater. lib. 7. Geographiæ, cap. de Saxonibus, & Onuphr. in chron. anno 1490. refert aliquando summum Pontif. dispensasse in quibusdam regionibus, vt sine vino fieret consecratio, quia vinum in eas importatum ob summam aëris frigiditatem accecit, refert etiam Fagundez in quinque Ecclesie præcepta, præcept. 1. lib. 3. cap. 5. num. 6.*

27. *Novi Testamenti Sacerdotes.*] Solùm Sacerdotem esse ministrum consecrationis, docent Card. Bellarm. *lib. 4. de Euchar. cap. 16. Soar. tom. 3. dist. 6. sect. 3. Agid. de ConincK d. quest. 83. art. 1. nu. 36. Barthol. ab Angel. dial. 4. §. 287. Valer. Reginald. in praxi fori panis. lib. 2. q. 40. num. 40. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacrament. vbi de Euchar. cap. 9. vers. primera conclusion. Bonacina de Sacramentis disput. 4. quest. 5. puncto 1. num. 1.*

28. *Nam celebrato veteri Pascha, &c.*] Sacramentum Eucharistie institutum fuisse finita cœna legali, seu cœremoniali agni, ex hoc text. colligit Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Eucharist. disp. 1. diff. 10. vers. conueniunt.

29. *Et hæc quidem, &c.*] Sacrificium oblatum à Sacerdote in peccato mortali existenti prodesse, & habere suum fructum quatenus nomine Christi, & Ecclesie offertur, tenent Victor. in summ. vbi de Eucharistia, num. 91. Miranda in manuali Prælator. tomo 1. quest. 41. art. 22. Bonacina d. disput. 4. quest. vlt. puncto 6. num. 3. Habet enim effectum & efficaciam ex opere operato, id est, independentè à bonitate offerentis, vel eius, pro quo offertur. Ita Barthol. à S. Fausto in tract. de Suffrag. lib. 1. q. 4.

30. *Quam Dominus per Malachiam, &c.*] Sacrificium Missæ à Malachia cap. 1. prædictum esse illis verbis, *A Solis ortu, &c.* apertè docet Concil. in presenti, & ex veteribus Patribus probant Azor. *d. p. 1. lib. 10. cap. 18. quest. 7. Agid. de ConincK d. quest. 83. num. 117.*

In Cœna vltima Christus, &c. Vide Emman. de Valle de incant. & ensalmis, opusc. 1. tract. 2. cap. 11. num. 8.

De effectu Sacrificij Missæ.

C A P V T I I.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Sacrificium Missæ verè propitiatorium est ex opere operato conferens remissionem peccatorum.
- 3 Christi in sacrificio Missæ offerens.
- 4 Sacrificium Missæ aliquo modo mediatè confere primam gratiam.
- 5 Sacrificium Missæ prodest ad remittendam panam peccatorum, quæ antea erant remissa.

6 Sacri-

- 6 Sacrificium Missæ conducit vehementer ad remissionem, condonationemque peccatorum mortalium.
- 7 Sacrificium Missæ pro mortuis offerendum, & qualiter eis inuare possit.
- 8 Qualiter Missa an equaliter prosit defunctis, remissiuè.

- 9 Sacrificium Missæ exhibet leuamen, & subsidium aliquod certum pœnarum ijs, qui sunt in Purgatorio.
- 10 Missas, vel officium defunctorum potest quis in humanis sibi celebrari facere.
- 11 Fideles maiora beneficia sibi comparant, si Missas curent sibi celebrari dum viuunt.

ET quoniam in diuino hoc Sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruentè obtulit, docet sancta Synodus, a Sacrificium istud verè propitiatorium esse, & per ipsumque fieri. vt si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. ⁴ Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia, dimittit. ⁵ Vna enim eademque est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit sola offerendi ratione diuersa. Cuius quidem oblationis, cruentæ, inquam, fructus per hanc vberimè percipiuntur: tantum abest, vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non solum ⁶ pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus, ⁷ sed & pro defunctis in ⁸ Christo nondum ad plenum purgatis, ritè iuxta Apostolorum traditionem, offertur.

⁴ August. de ciuitate Dei lib. 10. c. 10.

⁶ Intra fest. 25. in princ.

- 1. Vide Balduin. iun. super opera controuers. Bellarm. p. 2. lib. 4. cap. 5. Agid. de Coninck de Sacram. tom. 1. q. 83. num. 107. latè Valer. Reginald. in præxi fori pœnit. lib. 29. à num. 149. Bonacina de Sacram. d. disp. 4. q. ult. puncto 3. Fraxinell. de Sacram. obligat. sect. 3. prænot. 4. §. 2. Moitel. in summ. Theolog. moral. tract. 3. cap. 1. §. num. 27.
- 2. a Sacrificium istud verè propitiatorium, &c.] Vide Origen. in cap. 23. Leuit. S. Augustin. in quest. super Leuit. lib. 3. cap. 57. tomo 4. S. Gregor. lib. 4. dialog. capit. 58. & homil. 37. in Euangelia. Ambros. lib. 1. offic. 48. Paul. Layman in summa Theologia moralis lib. 5. de Sacramentis tract. 5. cap. 1. num. 4. Azor. institutionum moralium p. 1. lib. 10. cap. 20. à princip. Balduin. iun. d. cap. 5. à princip. Cardinal. Bellarm. lib. 2. de sacrificio cap. 4. Valent. tomo 2. disp. 6. quest. 11. puncto 1. §. 19. Melch. Cano de locis theologic. lib. 12. cap. 23. num. 9. Agid. de Coninck dicta quest. 83. à num. 109. Cordub. lib. 2. quest. quest. 3. notabil. 4. Pagnin. Gaudent. de dogmatibus, & ritibus veteris Ecclesie, cap. 52. Fagundez in quinque Ecclesie præcepta, præcept. 1. lib. 3. cap. 1. num. 16. Petr. de Ledema in summa part. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia, cap. 17. conclus. 8. Ioann. de Lugo de Sacramentis tomo 1. tract. de Eucharistia disp. 19. sect. 9. num. 133. cum seqq. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 8. num. 22. cum seqq. Hurtado de Sacramentis tomo 2. tract. de sacrific. Missæ disp. 1. difficult. 15. Fraxinell. de Sacram. obligat. sect. 3. prænot. 4. §. 2. num. 2. vbi sic ait. Licet enim immediatè, & per se peccata mortalia illorum non delect pro quibus offertur, expiati tamen mediatè, & per aliud, id est, per penitentiam, quam à Deo impetrat, & peccata venialia delet, immediatè quidem in iustis hominibus, qui aliquo modo ipsi offerunt, vel curant vt ipsum offeratur, alioquin Missa esset minoris fructus, quam sacramentalia, vt aqua benedicta, &c. quod est inconueniens. In iustis autem, qui nullo modo offerunt, quando pro eis offertur, venialia extinguit mediatè, id est, per Missam donum à Deo eis impetratur, quo peccata venialia detestantur, vel aliquod aliud remedium adhibent ad peccata venialia delenda institutum. de quo etiam Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de sacrificio Missæ disp. 3. diffie. 2. in princ. dum docet virtute sacrificij Missæ etiam remitti peccata venialia quoad culpam, & intelligit particulam, etiam, de qua in præfenti, supponere etiam minima, & minima peccata dimitti; & deinde disputat, an remittantur immediatè, an mediante impetratione auxiliorum?
- 3. b Per ipsumque fieri, &c.] Christum esse offerentem in sacrificio Missæ, per hunc text. docet Hurtado d. tract. de sacrific. Missæ disp. 2. diffie. 1. in princ. vbi etiam disputat, quomodo Christus offerat, an per seipsum proximè, & immediatè, an vè remotè tantum, & mediantibus Sacerdotibus? Scott. lib. 2. de sacrific. Missæ, cap. 3. Vazq. disp. 22. §. c. 1. Ioan. de Lugo de Sacram. tom. 1. tract. de Euchar. disp. 19. sect. 6. num. 19.
- 4. y Et gratiam inueniamus, &c.] Sacrificium Missæ aliquo modo mediatè conferre primam gratiam, quate-

nus scilicet Deus intuitu sacrificij tribuit auxilium ad contritionem, qua remittitur peccatum mortale, docent Soar. tom. 3. disp. 79. sect. 3. concl. 4. Azor. d. cap. 20. q. 2. Vazq. 3. part. disp. 22. §. c. 2. num. 10. Fraxinell. d. prænot. 4. §. 2. num. 3. Agid. de Coninck d. q. 83. dub. 8. Valer. Reginald. in præxi fori pœnit. lib. 29. num. 151. Bonacim. d. puncto 3. num. 3. Hurtado d. tract. de sacrific. Missæ disp. 3. diffie. 3. dum dicit augmentum gratiæ habitualis esse effectum sacrificij Missæ, si pro iustis offeratur, & hoc immediatè Barthol. à S. Fausto in tract. de Suffrag. lib. 1. q. 51.

8 Vna eademque hostia, &c.] Vide Paul. Comitot respons. moralium, lib. 1. quest. 42. Fagundez in quinque Ecclesie præcepta, præcept. 1. lib. 3. cap. 2. num. 6.

6 Pro viuorum peccatis, & pœnis.] Sacrificium Missæ prodesset ad remittendam pœnam temporalem debitam propter culpas remissas, tenent Nugn. quest. 83. art. 1. §. in 2. part. dub. 4. Soar. disp. 79. sect. 6. Azor. d. cap. 20. quest. 5. Vazq. in 3. part. disp. 228. cap. 4. num. 26. Fr. Ludouic. Miranda dicta quest. 41. artic. 11. in princip. Fraxinell. dicta prænotat. 4. §. 2. num. 4. & §. 11. num. 2. Bonacim. d. disp. 4. quest. ult. puncto 3. num. 8. Filiuc. tract. 5. num. 64. cum seqq. Homobon. de Bonis de examine eccl. tract. 4. cap. 12. quest. 107. vers. quarta. Ioan. de Lugo d. disp. 19. sect. 9. num. 153. cum seqq. Hurtado d. tract. de sacrific. Missæ disp. 3. diffie. 4. vbi in princip. per hunc text. docet virtute sacrificij Missæ pœnam temporalem existentem post remissionem culpæ immediatè remitti certò & infallibiliter, iustis tam viuus, quam defunctis, & diffie. 5. dicit sacrificium Missæ non tantum prodesset ad impetrationem auxiliorum ad vincendas tentationes, & ad perseverandum in gratia, & ad alia bona spiritualia, quibus egemus, vt ad gloriam perueniamus, sed etiam ad impetrationem bonorum temporalium.

Et veterius sacrificium Missæ conducere vehementer ad remissionem, condonationemque peccatorum mortalium, non mediatè quidem, & ex opere operato, id est, non impetrando immediatè, & ex se, & vi sua ex operato hanc primam gratiam, & remissionem peccatorum ijs, qui in peccato mort. existunt, & impij sunt, sed impetrando illis auxilia opportuna, & donum contritionis, quibus sufficienter disponantur ad hunc effectum, resoluunt Couart. in cap. alma mater. p. 1. §. 5. num. 6. Cordub. lib. 1. q. 3. Henric. lib. 9. c. 5. in princip. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 79. sect. 3. vers. dico quarto, Fagundez d. præc. 1. lib. 4. cap. 2. n. 15. Barthol. à S. Fausto tract. de Suffrag. lib. 1. q. 51. vbi quod effectus sacrificij Missæ est conferre veniam peccatorum, quam quis consequitur obtinendo à Deo auxilium, quo excitatus sua peccata legitime detestatur, & primam gratiam obtinet. Vtrum saltem peccata venialia ex opere operato sacrificium Missæ remittat agentibus, & condonet, vide eundem Fagundez d. lib. 4. cap. 4.

7 Sed & pro defunctis.] Missæ sacrificium pro mortuis offerendum, & qualiter eis inuare possit, docent Cardinal. Bellarm. controuers. 3. de Missa lib. 2. cap. 7. Henric. in summa lib. 9. de Missa, cap. 16. §. 1. Azor. d. lib. 10. cap. 22. quest. 4.

quest. 4. et 10. Petr. Soto de Eucharist. lect. 7. Casal lib. 2. de sacrific. c. 8. Card. Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 4. et 7. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 132. et 153. versic. in vita. Molfes. in summ. Theologie moralis. tract. 3. cap. 8. num. 79. Stephan. Durant. de ritib. Eccles. lib. 2. cap. 43. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacram. vbi de Eucharist. cap. 17. concl. 21. Fr. Ludou. Miranda d. q. 41. art. 5. concl. 4. et 7. Bonacin. d. disp. 4. q. ult. puncto 4. num. 3. Iul. Laur. de Iubil. et indulgent. p. 2. c. 30. à num. 101. Fagundez in quinque Ecclesie precepta. prec. 1. lib. 3. c. 11. num. 3. cum seqq. et lib. 4. cap. 1. nu. 18. Torreblanc. de iure spirit. lib. 2. c. 8. à num. 28. Ego ipse in collect. ad cap. cum creatura 11. num. 2. de celebr. Missar.

8. An autem quilibet Missa equaliter prosit defunctis? vide Barthol. a S. Fausto de Suffrag. lib. 1. q. 59. vbi resoluit ex opere operato, id est, quantum ad valorem sacrificij oblati, quamlibet Missam equaliter defunctis prodesse, id est, ita valere Missam de Sancto, puta de sancto Carolo, vel de B. Virgine, vel de feria pro defunctis, sicut Missa de Requie: ratione verò operis operantis, id est, ratione precum, & orationum, quæ in Missa dicuntur ad hunc effectum plus valere defunctis Missam de Requie, quam quamlibet aliam Missam, & q. 60. resoluit Missam dicendam in Altari privilegiato pro defunctis necessario non debere esse de Requie.

9. Et ijs, qui sunt in Purgatorio gratia Dei, & charitate præditis (cum nondum terminum, ac triumphum gloriæ sint adepti, & exinde ad militantem Ecclesiam pertineant) temper aliquod certum pœnarum leuamen, & subsidium Missam exhibere, sans probabilius & piè do-

cuerunt S. Thom. in 4. dist. 45. quest. 2. art. 3. ad 3. Petr. Sot. lect. 7. ad Euchar. Damaf. Lindan. lib. 4. Panopl. cap. 51. Stanisl. Hof. in Confess. cap. 41. Couar. in cap. alma mater p. 1. §. 5. num. 11. Azor. d. cap. 22. quest. 10. Soar. d. disp. 79. sect. 10. quos refert & sequitur Fraxinel. d. prenot. 4. §. 11. num. 2.

An autem quis in humanis possit sibi celebrari facere Missas, vel officium defunctorum? Affirmat Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verb. Missa §. 10. Dummodo non dicantur orationes, quæ demonstrant aliquem iam mortuum, me citato in hoc loco Homobon. de Bonis de examine eccles. tract. 4. c. 14. q. 127.

Vnde aduertit Fraxinel. d. prenot. 4. §. 3. in princ. fideles maiora beneficia sibi comparare si Missas curent sibi celebrari dum viuunt, quam si eas post mortem sibi insituant. Nam Missæ pro aliquo dictæ post mortem solum satisfactoriæ sunt pro pœnis, quas anima luunt in Purgatorio, at in vita pro aliquo celebratæ non solum satisfactoriæ sunt, sed etiam propitiatoriæ, meritoria, & impetratoriæ, & sic iuuant in vita, & post mortem, immo tanta esse possunt sacrificia in vita alicuius oblata, vt totam pœnam, quæ illi in Purgatorio debebatur, expient, ac deleant, ita vt ille decedens cœlum statim consequatur, & ita appositissime dicit D. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 58. Tuior est via vt bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, ipse dum viuunt per se; beatius quippe est libenter exire, quam post vincula libertatem querere. Vide Homobon. de Bonis d. tract. 4. cap. 14. quest. 128.

Sacerdos in Missa sacrificio, &c.] Vide Sot. in 4. dist. 13. quest. 1. art. 1. Ludouic. Miranda d. tom. 1. quest. 41. art. 2.

Quòd Sacrificium Missæ soli Deo offertur.

C A P V T III.

August. de civitate Dei lib. 8. c. 27.

ET quamuis^a in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronauit, vnde nec Sacerdos dicere solet, Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorat, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

Vide Homobon. de Bonis de examine eccles. p. 1. tract. 4. c. 14. q. 112. Missam dici de Sancto, non quod offeratur, sed vt inuocetur, colatur, & honoretur specialiter, & ad gaudium quoddam accidentale, quatenus Sanctus gaudet honore, qui in sui memoriam Deo exhibetur. tradunt Heniquez in summ. lib. 9. c. 14. §. 2. Azor. in ius. moral. p. 1. lib. 10. cap. 22. quest. 5. Card. Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 8.

Fr. Ludou. Miranda in man. Prælat. tom. 1. quest. 41. artic. 5. concl. 6. Soar. tom. 3. disp. 78. sect. 3. Agid. de Coniug. de Sacrament. tom. 1. quest. 83. art. 1. dub. 9. num. 158. quos refert Bonacin. de Sacrament. disp. 4. quest. ult. puncto 4. num. 8. Scort. de sacrific. Missæ lib. 2. cap. 13. Ludou. de Ponte de perfect. tom. 4. tract. 2. cap. 1. Molfes. in summ. Theologie moralis tract. 3. cap. 15. num. 14. Homobon. de Bonis citato loco.

De Canonis Missæ antiquitate, & auctoritate.

C A P V T IV.

ET cum sancta sanctè administrari conueniat, sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica vt dignè reuerenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante sæculis instituit, ita ab omni errore purum, vt nihil in eo contineatur, quod non maximè sanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium in Deum exigit. Is enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac Sanctorum quoque Pontificum pijs institutionibus.

Vide Vigil. Papam epistol. 2. quæ est ad Eleutherium, in qua scriptum reliquit Canonem haberi ex Apostolorum traditione, Gabr. in Canonem Missæ, V Valrid. de rebus Ecclesie cap. 22. Microlog. de ecclesiastic. obseruat. cap. 12. Cardin. Bellarm. lib. 1. de Missa cap. 20. Stephan. Durant. de

ritibus Ecclesie lib. 2. cap. 32. num. 6. Serran. in exposit. Missæ sacrosanctæ p. 2. num. 16. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarm. p. 2. lib. 4. cap. 9. à princip. & præcipue in vers. porò Canon. Ioann. de Lugo de Sacramentis, tomo 1. tract. de Eucharist. disp. 19. sect. 10. num. 177.

Quaratione ceremoniæ, vestes, & alia, quæ ad Missam attinent, statuta sint.

C A P V T V.

August. lib. 3. de lib. arb. c. 10. humana autè anima,

CVmque^a natura hominum ea sit vt non faciliè queat sine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem sustolli propterea pia mater Ecclesia ritus quosdam, vt scilicet quadam summissa

missa voce, alia verò elatiore, in Missa pronunciarentur, instituit. Cæremonias item adhibuit, vt mysti-
cas benedictiones, lumina, thimiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina & tra-
ditione, quo & maiestas tanti Sacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia religionis
& pietatis signa ad rerum Altissimarum, quæ in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

Vide Sor. in 4. dist. 113. quest. 2. art. 4. Alcin. de diuinis
offic. iii. quid significent vestimenta Diego de Guzman
de la excelencia del sacrificio de la ley Euangelica p. 2. Salzed.
ad Bernard. in pract. cap. 33. litt. A. Iacob. de Graff. in aureis
decis. p. 1. lib. 2. cap. 41. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quest.
v. ti n. puncto 9. num. 20. & disput. 8. quest. unica puncto 5. a nu.
43. Soar. tom. 3. disput. 82. sect. 2. & 3. Barthol. ab Angelo de
Missa dial. 5. num. 268. cum segg. Nugn. quest. 83. art. 3. dub. xl.
sim. Molica. in sum. Theologie moral. tract. 3. c. 10. nu. 9. & cap.
12. a num. 25. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarmini

p. 2. lib. 4. cap. 8. de carem Missæ. Valer. Reginald. in praxi fori
penitent. lib. 29. a num. 159. cum segg. Raguc. de Missa in Ec-
clesia quest. 39. Serran. in exposit. Missæ sacrosanctæ præf. 2. De
Altaris, Cereorum, facrorum vasorum, ac vestium vtu,
antiquitate, & significatione, latè Fagundez in quinque
Ecclesia præcepta, præf. 1. lib. 3. c. 23. & nouissime frater meus
Simon Vaz Barbosa. de significatione mysticis officij diuini &
sacrificij Missæ, vbi a cap. 12. cum multis segg. plura de signi-
ficatione vestium sacrarum, & a cap. 30. de cæremoniis
Missæ.

*Missæ etiam ea, in qua nullus præter Sacerdotem, qui est publicus minister,
sacramentaliter communicat, est publica, sit que pro toto corpore
Christi, quod est Ecclesia.*

C A P V T V I.

Oraret quidem sacrosancta Synodus, & vt in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali af-
fectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi
huius sacrificij fructus vberior proueniret: nec tamen, si id non semper fiat, propterea Missas
illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, vt priuatas, & illicitas, damnat, sed probat,
atque adeò commendat, siquidem illæ quoque Missæ verè communes censeri debent, partim, quod in
eis populus spiritualiter communicet, partim verò, quod à publico Ecclesiæ ministro non pro se tantum,
sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.

Vide Fagundez in quinque Ecclesia præcepta. præcept. 1. lib.
3. num. 14. Ioann. Sanc. in selectis disp. 30. num. 8. vbi
colligit ex hoc decreto vberiorum fructum ex sacra-
mentaliter perceptione, quam de spirituali prouenire, & ex
Vasquez de Eucharist. disp. 212. num. 4. errorem putat in
Fide asseuerare, eosdem effectus percipi ex Sacramento
Eucharistiæ in voto, atque in re suscepto: addit non ob-
stare quòd supra seff. 13. cap. 8. dicatur suscipientes Sacra-
mentum in voto fructum eius, & vtilitatem sentire: est
enim sensus quòd fructum eius desiderij Sacramentum
suscipiendi, & vtilitatem sentiant; quod acutè obserua-
uit Vasquez loco citato, ex Eucharistia quidem in voto
nullus fructus percipitur, nisi fructus ipsius operis meri-
torij, scilicet de fiderij Eucharistiæ.

¶ Vt singulis Missis fideles adstantes, &c. J. Expresse Con-
cilium in præfati supponit esse conueniens, laudabile,
& consulendum, vt quotidie Eucharistiam sumant fide-
les, dum optat, vt in singulis Missis adstantes communi-
cent, quod sic intellexit sacra Congreg. Cardinalium in
declar. quæ habetur vol. 4. decis. Rotæ, prout illam referunt
Ioann. Sanc. in select. disput. 22. sub num. 19. & Hurtado de
Sacramentis, como 2. tract. de Eucharist. disp. 9. difficult. 22. vers.
Recentiores, in hæc verba: Obstat Concilium Trident. Episcopo
volenti præscribere certa tempora, vt dies Dominicos, quartam,
& sextam feriam, quibus tantum liceat viris laicis, coniugatis,
negotioribus, & mulieribus etiam non coniugatis sanctissimam
Eucharistiam sumere etiam ob irreuerentiam, quam potest quo-
tidiana huius Sacramenti sumptio in sua diuina parere. Hoc fuit
decisum in mense Ianuarij 1587. ob stare, quia antiquis temporibus
peracta consecratione omnes adstantes sumebant Eucharis-
tiam, & ideo licitum est quotidie Eucharistiam sumere, cap.
quotidie, de consecrat. distinct. 1. Quare exhortandi sunt
Fidèles, vt sicut quotidie peccant, quotidie medicinam accipiant,
cap. quotiescunque, de consecrat. distinct. 2. Vnde mul-
tis ad id adducti auctoritatibus, & rationibus moti licitum
esse, imò magis expediens quotidie facere Eucharis-
tiam suscipere illum, qui se paratum inuenit purum
absque peccato, & in gratia, asserunt R. P. Philipp. Berna-
ni ex Ordine Præmonst. mei amicissimus in libro Con-
ceptionis B. Virginis disp. 3. fol. 40. Anton. Ferret. in guia

del camino para Jesus p. 3. dial. 5. fol. 801. Gabr. in canone Mis-
sa lect. 87. lit. P. Labata in locis commun. verb. Eucharistia prop.
18. 21. & 28. vbi reprehendit concionatores Communio-
nem quotidianam dissuadentes, Christoph. Moreno es
Iornadas para el Cielo, iorn. 4. cap. vii. in fine, Viuald. in can-
delab. aureo tract. de Eucharist. num. 139. latè & doctè Ioan.
Sanc. in select. disp. 22. num. 7. cum segg. Verum multo plu-
res Doctores eius iudicij sunt quòd communiter lo-
quendo non expediens sit laicis quotidiana Communio,
tum ob maximam reuerentiam tanto Sacramento de-
bitam, tum vt dignius, & deuotius sumatur: quia tanta
sumptionis illius frequentia ab eo, qui absque magna de-
uotione & preparatione, (qualis regulariter non reperit-
ur in omnibus cuiuscunque status) illud sumit non con-
gruit maximæ reuerentiam tanto Sacramento exhiben-
dæ, vilesceret enim quodammodo ob tantam sumptio-
nis frequentiam absque magna preparatione. Ita Sor.
in 4. dist. 12. art. 10. conclus. 3. vbi quòd non confuleret se-
cularibus coniugatis, qui rei familiaris inferunt, licet à
peccatis mort. sint liberi, frequentius quam decimo quin-
to die ad sacram mensam accedere. Hentiquez in sum. lib. 8. cap. 53. vbi approbat consilium de communicando
semel in hebdomada, aut bis in mense, Fr. Emman. in
sum. p. 1. cap. 65. in fine, vbi extendit ad semel in hebdo-
mada, exceptis personis singularibus, quæ comparentur
sanctæ Catherinæ, Vega in sum. p. 1. cap. 61. casu 2. en el
espejo de Curas tom. 1. cap. 10. num. 169. & 170. vbi idem di-
cit Petr. de Ledesma p. 1. sum. tract. de Eucharist. cap. 14.
conclus. 4. vbi idem ferè tenet, Suar. tomo 3. in 3. p. disp. 60.
sect. 4. Vasquez tom. de Eucharist. disp. 214. cap. 3. num. 27. idè
sentientes, Petr. Ochaguaia tract. 2. de Eucharist. quest. 16.
num. 4. Villalob. in sum. tract. 7. diff. 41. Ioan. de la Cruz
de Eucharist. dub. 6. conclus. 2. Bonacina de Sacram. disp. 4. q. 4.
puncto 2. num. 16. Filiuc. tom. 1. tract. 4. cap. 7. num. 198. & seg.
Possuin de officio Curati cap. 8. num. 10. Hurtado de Sacram.
tom. 2. tract. de Euchar. disp. 9. diff. 22.

Ex hoc tex. colligit Ludou. Beia respons. casuum conscient.
p. 4. casu 14. vers. confirmatur hoc ex Concilio, quòd licet
quilibet Sacerdos potest Eucharistiam administrare,
absque peccato sepius communicanti voluntariè, & ex
deuotio-

¶ Alioqui
nec Fabianus
de consecrat.
dist. 1. Et si
nō. nec Cōc.
Eliberti de
cōsec. dist. 2.
c. Omnis ho-
mo: nec Ia-
Tolet. c. 13.
probasset
certis tñm
temporibus
communi-
cantes.

deuotione. Vide S. Ambros. lib. 5. de Sacrament. c. 4. Aegid. de Coninck de Sacrament. tom. 1. quest. 80. nu. 79. cum seqq. Jacob. de Graff. de arbitr. confess. lib. 1. c. 30. Victorel. in notis

ad Nauar. in man. cap. 41. pag. 110. Lorin. in Act. Apostol. cap. 2. vers. 32. pag. mibi 136. Ioan. de Lugo de Sacram. tom. 1. tract. de Eucharist. disp. 17. sect. 1. num. 1.

Causæ plures afferuntur ob quas præceptum sit Sacerdotibus, vt aquam vino in Calice offerendo miscerent.

CAPUT VII.

^a Carthag. c. 24. & Brac. car. 3. cap. 1. ex Cypriano lib. 2. epist. 5. ^b Apoc. 17.

Monet deinde sancta Synodus præceptum esse^a ab Ecclesia Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miscerent, tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia è latere eius aqua simul cum sanguine exierit, quod Sacramentum hac mixtione recolitur: & cum^b aqua in Apocalypsi beati Ioannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo vnio representatur.

Vide Gulielm. Durand. in rationali diuin. offic. lib. 4. cap. 30. S. Thom. in 3. p. quest. 74. art. 8. vbi Nugn. vers. sit igitur conclusio, Stephan. Durant. de ritibus Ecclesie lib. 2. cap. 17. Henric. in sum. lib. 9. cap. 47. §. 27. & 28. Vivald. in candel. aureo, vbi de Euchar. c. 10. num. 3. Iodoc. Cocc. in tom. 2. thesauri Catholici lib. 6. art. 14. Jacob. de Graff. in aureis decis. p. 2. lib. 1. cap. 6. num. 17. Barthol. ab Angelis in examine Confess. dial. 4. §. 355. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 3. vers. altera questio, Petr. de Ledefina in sum. p. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia, cap. 4. concl. 16. & 17. Vasq. in 3. part. disput. 176. num. 13. & disput. 179. num. 11. Molles. in sum. Theolog. moral. tract. 3. cap. 2. num. 37. Aegid. de Coninck de Sacrament. tom. 1. quest. 74. art. 6. num. 128.

Bonacin. de Sacrament. disp. 4. quest. 2. puncto 4. nu. 4. Homobon. de Bonis de examine ecclesiast. tract. 4. c. 10. q. 85. & 86. & 87. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, præc. 3. lib. 2. cap. 4. quorum duo vltimo loco citati querunt, vtrum aqua immediatè in sanguinem Christi conuertatur, & an si vinum, vel aqua vino consecrato admisceatur, totum consecretur? nouissime Ioan. de Lugo tom. 1. tract. de venerabili Euchar. Sacramento disp. 4. sect. 2. à num. 22. Hurtado de Sacram. tom. 2. de Eucharistia disp. 2. difficult. 10. cum segg. vbi disputat, an expediens sit aquam vino conferendo miscere, & diffie. 11. vtrum aquam vino conferendo miscere sit necessarium necessitate præcepti, & diffie. 12. an mixtio aquæ.

Missæ non dicenda vulgari lingua, eius tamen mysteria populo sunt frequenter inculcanda per animarum curatores.

CAPUT VIII.

- 1 Missa quid, remissiuè.
- 2 Missa celebrari non potest materna, & vulgari lingua.

^a Thren. 4.

^a Scilicet 24. c. 7.

ET si Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem: non tamen expedire visum est Patri-
bus, *a* vt vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem reterto vbique cuiusque Ecclesie antiquo, & à sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum matre, & magistra, probato ritu, ne oves Christi esuriant, neve paruuli panem petant, & non sit qui frangat eis: mandat sancta Synodus pastoribus, & singulis, curam animarum gerentibus, vt frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios ex ijs quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, ^a atque inter cætera sanctissimi huius sacrificij mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, & festis.

1. **D**E expositione Missæ breuiter agit Jacob. de Graff. in aureis decision. p. 1. lib. 4. cap. 47.
2. *a* Vt vulgari passim lingua celebraretur.] Materna, & vulgari lingua Missam celebrari non posse per hunc text. tenent Petr. Sot. lect. 15. de caremon. Missæ, Cardin. Bellarmin. tom. 1. lib. 1. cap. 2. vers. propositio, Balduin. iun.

ad eundem sub verbo propositio, versic. probatur tertio, pag. mibi 13. Barthol. ab Angelo dialog. 5. de Missa §. 461. Azor. institut. moral. part. 1. libro 8. cap. 26. quest. 6. versic. verum. Bonacin. de Sacrament. disp. 4. quest. vlt. puncto 9. num. 36. Emman. de Valle de incantat. & en salm. opuse. 1. sect. 2. cap. 6. num. 34.

De Sacrificio Missæ.

- 1 Sacrificium verum, & proprium offertur Deo in Missa, qui secus dixerit, anathema.
- 2 Christus illis verbis, hoc facite in meam commemorationem, instituit, & ordinauit Apostolos Sacerdotes, vt ipsi aliique Sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum.
- 3 Sacrificium Missæ est propitiatorium, & offerri debet pro viuis, & defunctis, pro peccatis, penis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus.
- 4 Per Missæ sacrificium non derogatur sanctissimo Christi, sacrificio in Cruce peracto, qui secus dixerit, anathema.
- 5 Missæ celebrantur in honorem Sanctorum.
- 6 Canonem Missæ errorem continere si quis dixerit, anathema.
- 7 Missas in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse si quis dixerit, anathema.

e CA.

α C A N O N I

SI quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum & proprium sacrificium, aut quod offerri non sit ^{1. Cor. 11.} aliud, quàm nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit.

β C A N O N I I

Si quis, illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos Sa^{Lucæ 22.} cerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi alijque Sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum, anathema sit.

γ C A N O N I I I

Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel soli prodesse summenti, neque pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus offerri debere, anathema sit.

δ C A N O N I V

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio, in Cruce peracto, per Missæ sacrificium; aut illi per hoc derogari, anathema sit.

ε C A N O N V

Siquis dixerit, imposturam esse, Missas celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit, anathema sit.

ζ C A N O N V I

Si quis dixerit, canonem Missæ errores continere, ideoque abrogandum esse, anathema sit.

η C A N O N V I I

Si quis dixerit, cæremonias vestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quàm officia pietatis, anathema sit.

θ C A N O N V I I I

Si quis dixerit, Missas, quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas, anathema sit.

1. α C A N O N I.] Vide Stephanum Durant. de ritibus Ecclesie lib. 2. c. 2. fol. 205. Iodoc. Cocc. thesauro Cathol. tom. 2. lib. 6. art. 4. Vasq. in 3. part. tom. 3. disput. 222. n. 15. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 8. quest. 4. Molfes. in sum. Theolog. moralis tract. 3. cap. 8. nu. 24. Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de sacrific. Missæ disput. 1. diff. 2.

2. β C A N O N I I.] Vide S. August. lib. 10. de ciuitate Dei cap. 20. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. c. 8. quest. 4. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 1. de diuino cultu c. 3. num. 9. Iodoc. Cocc. in thesauro Cathol. tom. 2. lib. 6. art. 4. Molfes. in summa Theolog. moralis tract. 3. c. 8. num. 24. & cap. 14. num. 11. Filliuc. in quest. moral. tract. 5. cap. 2. num. 33. Fagundez in quinque Ecclesie precepta lib. 3. c. 4. n. 10. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 4. cap. 2. q. 108.

3. γ C A N O N I I I.] Vide Vasq. in 3. part. tom. 3. disput. 228. num. 3. Ægid. de ConincK de Sacrament. & censur. tom. 1. quest. 83. num. 161. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 29. n. 49. Molfes. in sum. Theolog. moralis tract. 3. c. 15. num. 34. Filliuc. in quest. moralibus tract. 5. n. 43. & 50. Fr. Ludouic. Miranda in man. Pralat. tom. 1. quest. 41. art. 5. concl. 1. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quest. vltima puncto 4. num. 6. Fagundez in quinque Ecclesie precepta, prac. 1. libro 3. cap. 11. numero 3. Paul. Layman. in summa Theolog. moral.

lib. 5. tract. 5. c. 2. n. 5. Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de sacrific. Missæ disp. 1. diff. 15. & disp. 2. diff. 4. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 8. num. 22. cum seq. & num. 28.

δ C A N O N I V.] Vide Soar. tom. 3. disput. 69. sect. 2. 4. dub. 2. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. libro 29. numer. 59. Molfes. in summa Theologia moralis tract. 3. cap. 8. numero 23.

ε C A N O N V.] Vide Molfes. in summa Theologia moralis tract. 3. cap. 12. num. 26. & citatos supra cap. 3.

ζ C A N O N V I.] Vide Henriquæz in summa lib. 9. cap. 31. §. 2. Molfes. in summa Theolog. moralis tract. 3. cap. 12. num. 26. & citatos supra cap. 4. Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tract. de Venerabili Eucharist. Sacramento disput. 19. sect. 10. num. 177.

η C A N O N V I I.] Vide Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 38. littera A. & citatos supra cap. 5.

θ C A N O N V I I I.] Vide Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. 10. cap. 30. quest. 1. vers. altera questio est. Balduin. iun. super opera controuerf. Bellarmin. part. 2. lib. 4. cap. 7. Raguc. de Missæ in Ecclesiis quest. 41. in fine, Molfes. in summa Theologia moralis tract. 3. cap. 7. num. 11. Filliuc. in quest. moral. tom. 1. tract. 4. cap. 9. num. 244. Fagundez in quinque Ecclesie precepta lib. 3. cap. 3. num. 14.

Decretum de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Missas nouas cantantibus nihil dandum.</p> <p>2 Missas nouas celebrantes non possunt circumire Ecclesiam ad oblationes accipiendas.</p> <p>3 Sacerdoti licet de iusto stipendio pro Missis ad sui sustentationem pacisci.</p> <p>4 Missæ tot absolutè celebrari debent, quot ad rationem attributæ elemosynæ prescriptæ fuerint.</p> <p>5 Missam qui suscipit celebrandam cum certa elemosyna, non potest eandem Missam alteri celebrandam committere parte eiusdem elemosynæ sibi retenta.</p> <p>6 Missas ab offerente prescriptas celebrare tenentur Sacerdotes accipientes stipendium minus congruum.</p> <p style="text-align: right;"><i>Barbes. Collect. in Concil. Trid.</i></p> | <p>7 Missa vna non potest quis duabus obligationibus satisfacere.</p> <p>8 Episcopus prescribere debet elemosynam cõgruam vbi testatur reliquerit ut celebretur certus Missarum numerus.</p> <p>9 Ecclesie, & loca pia ex elemosynis Missarum celebrandarum nullam vncunq. minimam portionem retinere possunt.</p> <p>10 Sacerdos non potest pro vna Missa duplices elemosynas recipere.</p> <p>11 Parochi in illis diebus, quibus Missam tenentur celebrare, non possunt pro ea manulem elemosynam recipere.</p> <p>12 Beneficij Rector nõ tenetur Sacerdoti celebranti pro</p> |
|---|--|

- se dare stipendium ad rationem reddituum beneficij.
- 13 Eleemosynas Missarum celebrandarum non possunt administratores Ecclesie accipere si illis non nisi post longum tempus satisfacere valent.
 - 14 Episcopi in suis diocesibus interdicerent debent ne cui vago & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat.
 - 25 Missæ sacrificium extra Ecclesiam peragi non debet.
 - 16 Privilegium Episcoporum, quod cum Altari portatili celebrare possint, & sibi facere celebrari, est sublatum per hoc decretum.
 - 17 Licentia, quam Episcopus concedere poterat, ut in sua diocesi extra locum sacrum in Altari portatili quis celebraret, est reuocata per hoc decretum.
 - 18 Episcopus ex iusta causa potest concedere facultatem celebrandi extra Ecclesiam.
 - 19 Licentiæ concessæ Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus celebrandi in Altari portatili sunt reuocata.
 - 20 Missa extra Ecclesiam, & locum sacrum ad id specialiter deputatum non potest celebrari.
 - 21 Oratoria in particularium dumtaxat domibus existentia comprehenduntur sub hoc decreto.
 - 22 Ecclesie, vel Capellæ publicæ non comprehenduntur hoc decreto.
 - 23 Musica lasciuum quid aut impurum miscentes, & vana ac profana colloquia ab Ecclesiis arcenda.
 - 24 Musica instrumenta in Ecclesia licita.
 - 25 Missæ celebrandæ tempus.
 - 26 Missam in propria Ecclesia celebrare debet parochus, & non in alia.
 - 27 Missas duas festis diebus potest parochus ob defectum Sacerdotum ex concessione Episcopi celebrare.
 - 28 Missas celebrare ante celebrationem Missæ in Ecclesia parochiali non prohibetur Regularibus in suis Ecclesiis.
 - 29 Episcopus non potest concedere licentiam ut quis celebrare possit Missam cum Baretino.
 - 30 Missarum & candelarum certus numerus superfluitus ab Ecclesia remouendus.
 - 31 Parochus tenetur populum monere ut frequenter ad suas parochias saltem diebus Dominicis & maioribus festis accedant.
 - 32 Regulares cogere potest Episcopus ut in offertorio Missarum conuentualium in diebus Dominicis declarent fidelibus, quæ festiuitates & ieiunia in illa hebdomada occurrant.
 - 33 Festos dies, & ieiunia in suis Ecclesiis annuntiare nullatenus prohibentur Regulares.
 - 34 Regularibus non est prohibitum inter Missarum solemniam vertere se ad populum, & generalem confessionem pro eo facere.
 - 35 Ordinarius non potest prohibere Regularibus ne Missas celebrent, & campanas pulsent in suis Ecclesiis ante celebrationem Missæ in Ecclesia parochiali.
 - 36 Regularibus licet celebrare Missam in Ecclesia seculari de consensu Rectoris eiusdem Ecclesie.
 - 37 Regulares non possunt in Sabbato sancto benedicere domos.

Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missæ sacrificium omni religionis cultu, ac ueneratione celebretur, cuius facile existimare poterit, qui cogitarit, maledictum in sacris literis eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessariò fatemur, nullum aliud opus adeò sanctum, ac diuinum à Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo viuifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliari sumus, in altari per Sacerdotes quotidie immolatur, satis etiam apparet, omnem operam & diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori deuotionis, ac pietatis specie peragatur. Cum igitur multa iam siue temporum vitio, siue hominum incuria, & improbitate irrepsisse videantur, quæ à tanti sacrificij dignitate aliena sunt, ut ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam & fidelis populi ædificationem restituatur, decernit sancta Synodus, ut Ordinarij locorum & Episcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere sedulo current, ac teneantur, quæ vel auaritia, idolorum seruitus, vel irreuerentia, quæ ab impietate, vix seiuncta esse potest, vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix induxit. Atque ut multa paucis comprehendantur, in primis, quoad ad auaritiam pertinet, cuiusvis generis mercedum conditiones, pacta, & quidquid pro Missis nouis celebrandis datur, necnon importunas, atque illiberales eleemosynarum exactiones, potius quam postulationes, aliæque huiusmodi, quæ à simoniaca labe, vel certè à turpi quæstu non longè absunt, omnino prohibeant. Deinde, ut irreuerentia vitetur, singuli in suis diocesibus interdiciant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publicè, & notoriè criminosis sit, aut sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittant, ne de patientur priuatis in domibus, & atque omnino extra Ecclesiam & ad diuinum tantum cultum & dedicata Oratoria, ab eisdem Ordinarijs designanda, & visitanda sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscumque peragi, ac nisi prius qui interfint, decenter composito corporis habitu, declarauerint se mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non solum corpore adesse, Ab Ecclesiis verò musicas eas, ubi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurum aliquin miscetur, item seculares omnes actiones, vana, atque adeò prophana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant, & domus Dei verè domus orationis esse videatur, ac dici possit. Postremo, ne superstitiori locus aliquis detur, edicto, & poenis propositis caueant, ne Sacerdotes alij, quam debitis horis celebrent, neve ritus alios, aut alias ceremonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti, & laudabili vsu receptæ fuerint. Quarundam verò Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera religione, inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueat, doceantque populum, quis sit, & à quo potissimum proueniat sanctissimi huius sacrificij tam pretiosus ac celestis fructus. Moneat etiam eundem populum, ut frequenter ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, & maioribus

Hieron. 48.

Epist. 5.
Concil.
Laodice.
can. 8. Conc.
Carthag. 2.
canon. 9. c.
sicut cum
seq. cap. hic
ergo c. nul-
lus presby-
ter & cap-
clericos de
conf. dist. 1.
iuxta Conc.
Laodic. c. 57.
& Feli. Papæ
in epistol. ad
omnes Episc.
& ante hos
Anacletus
episc. 1.
Marth. 21.

Cap. 1. de
par. Vide
Conc. Agat.
21. & 65.

ribus festis, accedant. *hac igitur omnia, quæ summam enumerata sunt, omnibus locorum Ordinarijs proponuntur, vt non solum ea ipsa, sed, quæcumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiam, vt delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuunt, atque ad ea inuiolatè seruanda censuris Ecclesiasticis, alijsque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant, non obstantibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.*

Multa circa hanc materiam cumulaui nouissime in meo tract. de officio, & potest. Parochi. cap. 11.

1. *a Et quicquid pro Missis nouis celebrandis datur,] De nihil dando cantantibus Missas nouas, vide Nauart. de orat. miscel. 56. num. 3. Gutier. canon. lib. 1. cap. 29.*
2. Missas nouas celebrantes posse se tantum in medio Altaris ad populum uertere, & oblationes sponte factas recipere, non autem circumire Ecclesiam hac de causa, referunt decim Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verb. Missa, vers. secundo, Galet. in margarita casuum conscient. verb. Missa 6.
3. *β Illiberales eleemosynarum exactiones, &c.] Sacerdoti licere de iusto stipendio pro Missis ad sui sustentationem pacisci, dummodo expressè declaret se non pro Missæ officio, sed pro necessaria sustentatione illud exigere, ne speciem quandam negotiationis, atque adeo scandalum imperitijs exhibeant, tradunt Aragon. de iustit. & iure quest. 100. de simon. art. 2. Less. de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 8. num. 48. c. segg. Homobon. de Bonis de examine Eccles. p. 1. tract. 4. cap. 13. num. 116. in fine, Fagundez in quinque Ecclesia precepta, precept. 1. lib. 2. cap. 8. num. 2. & 3. Ioan. de Lugo de Sacramento. tom. 1. tract. de Venerabili Eucharist. Sacramento dist. 21. sect. 1. num. 1. cum segg. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simon. e. 21. n. 16. Sanch. in cons. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 10. Hurtado de Sacram. tom. 2. tra. de sacrific. Missæ disp. 4. dist. 14. Barthol. à S. Fausto in tract. de suffrag. lib. 1. q. 64. Fraxinel. de obligation. Sacerd. sect. 3. par. 1. §. 5. nu. 4. vbi num. 5. cum Possuin. de officio Curati, cap. 2. num. 20. subdit ab hoc pacto re vera abstinendum esse, quia non potest esse sine luci auditate, vel sine negotiatione, & scandalo.*
4. Missa tot absolutè celebrari debent, quot ad rationem attributa eleemosynæ præscriptæ fuerint, itaut aliquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimo grauius peccent, & ad restitutionem teneantur, S. Congr. Concil. in decretis de celebratione Missar. §. 2. sub die 21. Iunii 1625. post meum tract. de officio, & potest. Episcopi, pag. 7. secundum Lugdunen. impress.
5. Missam qui suscipit celebrandam cum certa eleemosyna, non potest eandem Missam alteri celebrandam committere, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, ead. S. Congr. a loco, §. 4.
6. Missas ab offerente præscriptas celebrare tenentur Sacerdotes accipientes stipendium minus congruum, cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam iuxta qualitatem loci, personarum, & temporum, S. Congr. Concil. in resolutionibus dubiorum, qua de anno 1626. mota fuerunt super decreta de celebr. Miss. dub. 3. impressa post d. meum tract. de officio, & potest. Episcopi pag. 10. secundum Lugdunen. impress.
7. Missas, qui obligantur celebrare ratione beneficii, seu capellæ, legati, aut salarii, si eleemosynas pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint, non possunt eandem Missa utriusque obligationi satisfacere. Eadem S. Congr. vbi proxime dub. 4. Et tenent Gauant. ad rubricas Missal. tom. 1. p. 3. tit. 12. num. 5. Antonin. Diana moral. resolut. tom. 1. tract. de celebrat. Missar. resol. 80. Ego ipse de officio, & potest. Parochi cap. 11. num. 11. Quamuis contrarium sustineant Suar. de Sacramento. disput. 86. sect. 1. & 3. Vasq. disput. 234. e. 6. Luis. Turrian. in select. disput. part. 2. disput. 31. dub. 16. Alphons. de Leone in tract. de iubilæo part. 3. quest. 20. nu. 27. Fraxinel. de obligat. Sacerd. sect. 4. conel. 4. §. 8. Barthol. à S. Fausto in tract. de iubilæo lib. 1. q. 81. Homobon. de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 4. cap. 13. quest. 121. & in consult. casuum Conscient. vol. 2. part. 5. resp. 63. Ludouic. à Cruce in exposit. Bullæ Cruciatæ disput. 3. dubi. 19. num. 22. quos refert & sequitur Ioan. de Lugo d. tract. de Eucharist. disput. 21. sect. 1. num. 21. cum segg.
8. Missarum numerum si testator relinquit vt celebrentur pro eius anima absque vlla præscriptione eleemosynarum, collat. in Concil. Trid.

syna, tunc ab Episcopo, non verò ab hæredibus est præscribenda eleemosyna congrua, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum secundum morem ciuitatis, vel prouinciæ, ead. S. Congr. dub. 5.

Ex eleemosynis Missarum celebrandarum nullam vtunque minimam portionem retinere possunt Ecclesia, ac loca pia, seu illorum administratores ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & loca ipsa auios non habent redditus, quos in vsum earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debet excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessariò sunt subeunda, & nihilominus eo etiam casu curandum esse vt ex pecunijs quæ supersunt, expensis, vt supra, deductis absolute tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas, ead. S. Congr. dub. 7.

Pro celebratione Missæ quando offertur eleemosyna maiore solita, debet absolute is, cui oblata fuerit, eandem integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem sibi retinere potest, ead. S. Congr. dub. 9. & ideo iam celsarunt varia feribentium sententia, vt attestatur Ioan. de Lugo d. disput. 21. sect. 2. num. 29.

Sacerdos duplicem eleemosynam recipiens non potest vnica Missa satisfacere duabus obligationibus, nisi in fundatione expressè cautum sit quòd non teneatur Sacrificium applicare, Sel. in selectis canon. cap. 28. num. 3. attestans sic fuisse resolutum in Aretina 28. Aprilis 1629. Vnde nec iam hodie ex prædicta S. Congr. declaratione licet Sacerdoti pauperi accipere pro vna Missa tot stipendia, quot sufficiunt ad eius diurnam sustentationem, ex Ioan. de Lugo d. disput. 21. sect. 2. num. 27. vbi nu. 28. subdit nec id licere vigore priuilegiorum à summis Pont. aliquibus Religionibus concessorum, cum à S. Congr. iam reuocata sint, & Barthol. à S. Fausto in tract. de suffrag. lib. 1. quest. 67.

Parochi in illis diebus, quibus Missam tenentur celebrare, non possunt pro ea manualement eleemosynam recipere, Sel. d. cap. 28. num. 4. vbi refert ita fuisse decim sub die 2. Septembris 1629.

Beneficij Rector per alium Missas celebrare valens non tenetur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum beneficii, sed satis est vt ei tribuat eleemosynam congruam secundum morem ciuitatis, vel prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit, S. Congr. Conc. super decretis de celebrat. Missar. dub. 9. refert Ioan. de Lugo d. disput. 21. sect. 2. num. 30.

Eleemosynas Missarum celebrandarum non possunt administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & concursus accipere, si ipsdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, nisi de consensu eorū, qui eleemosynas tribuunt, ead. S. Congr. dub. 14.

γ Ne cui vago, & ignoto Sacerdoti, &c.] Episcopi in suis diocesisbus interdicere debent, ne cui vago & ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 18. q. 9. metipsum de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 21. num. 1. Hieron. Roder. in compendio quest. regul. resol. 2. de celebrat. Missæ, num. 17. Alzed. de precell. Episcop. dignit. part. 1. cap. 10. numer. 30. Sanch. in opuscul. moral. libro 7. cap. 1. dub. 47. num. 1. & latè infra, sess. 23. de reform. e. 16.

δ Nōc patiuntur priuatis in domibus, &c.] Vide Henriq. in sum. lib. 8. cap. 56. Gutier. canon. lib. 1. cap. 30. num. 24. cum segg. latè Fr. Ioann. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 7. Petri. de Ledesma in summa part. 1. de Sacrament. vbi de Eucharist. conel. 2. dub. 1. & 2. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. à princip. Piafec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. nu. 21. in fine, pag. 140. Agid. de Coniunct. de Sacramento. tom. 1. quest. 83.

- quest. 83, num. 223, cum seqq. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quest. ult. puncto 9. num. 9. & 10. Paul. Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 5. c. 5. num. 4. Fr. Ludovic. Miranda in man. Prolat. tom. 1. q. 40. art. 9. concl. 3. & 4. Ioan. Valer. de differentiis inter utrumque forum, verb. Missa differ. 2. Aloyf. Ricc. in decis. curia Archiep. Neapol. par. 4. decis. 78. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de sacrific. Missa disput. 4. diffie. 6. Tambur. tom. 3. de iure Abbatum disput. 5. q. 11. num. 69. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tract. 4. quest. 137. vbi ex Nald. verb. Missa num. 31. & ex commentar. suis de humana vita statu p. 1. cap. 15. obligat. 4. subdit Episcopum non posse dare licentiam alicui vt domi locum honestum habeat, qui per modum facili solum diuino cultui seruiat, in quo celebratur.
16. Vtrum privilegium Episcoporum quod cum Altari portatili celebrare possint, & sibi facere celebrari, de quo in cap. ult. de privileg. lib. 6. sublatum sit per hoc decretum, dubitat Nauarr. consil. 16. in antiq. aliis 5. in nouis sub illo tit. de privileg. Sed sublatum non esse resoluunt Azor. d. c. 26. q. 4. Ludou. Beia respons. casuum conscient. part. 2. casu 33. Vgolin. de officio Episcopi cap. 2. §. 2. nu. 4. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de sacrific. Missa disput. 4. diffie. 6. vers. Episcopis tamen, in cap. ult. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarre, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 73. Fagundez in quinq. Eccles. precepta p. 2. lib. 3. cap. 13. num. 19. Vafq. disput. 233. nu. 7. Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tit. de Eucharist. disput. 20. sect. 2. num. 49. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 23. num. 5. Ratio est, quia intentio Concilij est tollere abusus, & in Episcopis non est abusus, eum fiat ex causa vt quotidie Missam audiant, d. cap. fin. quam non audient si illa privilegia Episcopi derogarentur, & maxime transiendo, & itinerando, vel ex causa valetudinis, concedit Ioan. Valer. de differ. inter utrumque forum, verb. Missa, differ. 2. vers. hac tamen regula; & saltem occasione pestis, & belli admittit Sel. d. cap. 18. num. 5. vbi refert ita fuisse decusum in causa Lombardis 17. Augusti 1630.
17. Sed an facultas, quam Episcopus concedere poterat, vt in sua diocesi extra locum sacrum in Altari portatili quiesceret, per cap. Missarum, de consecrat. dist. 1. sit reuocata per Concil. in presentia? Reuocata esse absolute tradunt Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 21. num. 8. Nauarr. in man. cap. 25. num. 81. Gutier. d. cap. 30. num. 25. Azor. d. cap. 26. quest. 8. Ioan. Valer. d. differ. 2. vers. secundo fallit. Beia d. casu 33. vers. tertio dico, Cardos. in praxi Iudic. verb. Episcopus num. 9. Fagundez d. cap. 13. nu. 6. Hurtado d. tract. de sacrific. Missa disput. 4. diffie. 6. in princ. Et sic ad Papam solum, & non ad Episcopum spectare post Concil. Trid. licentias huiusmodi concedere, referunt decusum Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore Eccles. decis. 538. num. ult. in 1. edit. aliis resol. 460. in fine in 2. edit. Ioan. Valer. loci proxime citato. Armendar. dist. 17. de Episcopis numer. 74. vbi num. 70. & 71. addit pariter fuisse resolutum non posse Ordinatum restringere, aut aliquo modo impedire licentias a Sede Apostol. concessas celebrari faciendi in priuatis Oratorijs, vigore d. cap. Missarum, sed debere eorum formam obseruare, visitando tantum Oratoria si decenti loco, ornateque sint.
18. Ex iusta autem causa posse Episcopum facultatem concedere celebrandi extra Ecclesiam, vel alium locum sacrum, non obstante hoc decreto, illud solum pro libito, & sine iusta causa fieri prohibente resoluunt Nauarr. consil. 16. in antiq. aliis consil. 5. in nouis, de privileg. Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 17. Ludovic. Beia d. casu 33. vers. tertio dico, Zerol. in praxi Episcopi part. 1. verb. Missa, Praefec. in simili praxi part. 1. cap. 5. num. 8. Villalob. in summ. part. 1. tract. 8. differ. 13. nu. 2. ad fin. Hieron. Roderic. in compend. quest. regul. resol. 9. nu. 5. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quest. ult. puncto 9. num. 10. Raguc. de Missa in Ecclesia quest. 57. nu. 1. vbi n. 2. cum seqq. ponit exemplum vrgentis necessitatis, videlicet cum multitudo maxima populi adesset in campo, & vellet ac teneretur audire Missam, nec adesset locus capax, vel cum ad audiendum maxima populi frequentia confluit, seu tempore belli, aut pestis Ioan. Valer. d. verb. Missa differ. 2. vers. non tamen casu, & vers. quartum fallit, vbi explicat quando sunt supplicationes ad partia eremitoria, vel debent celebrari aliqua Missae nouae, ad quas maxima multitudo, quam Ecclesia, vel

eremitorium capere non potest, conuenit, vel quando Ecclesia sunt combustae, & exercitus exiit in campo; ego ipse de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 23. numero 8.

Contra Azor. d. part. 1. lib. 10. cap. 26. quest. 3. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 176. Aegid. de Coniunct. de Sacrament. 7. §. 3. num. 225. Fr. Ludovic. Miranda in man. Prolat. tom. 1. q. 40. art. 9. concl. 3. in fine, existimantes nec iusta de causa posse Episcopum dare facultatem celebrandi in capella domus priuata, & sub dio, etiam adhibito utroque Altari, firmo scilicet, & portatili.

Vtrum autem licentia, seu priuilegia concessa in cap. 19. in his 30. de privileg. & per diuersos summos Pontif. Fratribus Minoribus, & Praedicatoribus celebrandi in Altari portatili sine alia Ordinariorum licentia in locis, quos degunt, reuocata sint per hoc decretum? Reuocata esse tenent Nauarr. d. cap. 25. num. 82. in fine, Stephan. Durant. de ritibus Eccles. lib. 2. cap. 6. num. 3. vers. quo etiam decreto, & num. 8. Henriquez d. cap. 27. §. 3. in commento littera F. Soar. d. disput. 81. sect. 3. vers. quarta exceptio, Fr. Ludovic. Miranda d. quest. 41. artic. 9. conclus. 4. Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 3. cap. 10. num. 39. Homobon. de Bonis d. tract. 4. quest. 137. Azor. d. cap. 26. q. 7. Ludouic. Beia d. casu 33. vers. & quamuis Aegid. de Coniunct. d. quest. 83. nu. 226. Ioan. Valer. d. verb. Missa differ. 2. in princ. Raguc. d. quest. 57. num. 1. Fagundez in quinq. Ecclesie precepta part. 1. lib. 3. cap. 13. a. num. 16. Lotter. de re benefice. lib. 1. q. 50. numer. 15. Ego ipse dicta alleg. 23. num. 4.

Contra Fr. Eimman. in summa verb. Missa, num. 16. & q. Regul. tom. 1. quest. 43. art. 5. Villalob. in summa p. 1. tract. 8. differ. 23. n. 6. §. tambien tienen, Petr. de Ledesma, & Ioan. a Cruce, quos refert, & sequitur Portel. in dubijs Regularibus verb. Altare, num. 2. Hieron. Roderic. d. resol. 9. num. 4. Ioan. de Lugo d. tract. de Eucharist. disput. 20. sect. 2. num. 51. existimantes posse hodie Regulares vt dictis priuilegijs, tacentibus, & non contradicentibus Episcopis.

Atque omnino extra Ecclesia, &c. Vide S. Thom. 3. q. 85. artic. 3. ad 1. Guilielm. Durant. in rationali dinior. Offic. lib. 4. c. 1. n. 41. Petr. de Ledesma in summa p. 1. de sac. vbi de Eucharistia, cap. 2. Soar. d. disp. 81. sect. 3. & 5. Ioan. de la Cruz d. lib. 2. c. 5. dub. 7. Azor. d. cap. 26. q. 1. Cened. practic. & canonic. quest. 9. 44. a. n. 5. Filiuc. in quest. moralibus tom. 1. tract. 5. n. 15. Ioan. Valer. d. differ. 2. in princ. vers. Missa, Fr. Ludovic. Miranda d. quest. 41. art. 9. concl. 2. Raguc. d. q. 57. in princ. Fernandez in examine Theologie moralis p. 3. cap. 5. §. 10. Raguc. de Missa in Ecclesia q. 57. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tract. 4. q. 158. Fagundez in quinq. Ecclesie precepta, part. 1. lib. 3. cap. 13. num. 2. citatos per me d. part. 2. alleg. 23. num. 1. vbi num. 2. cum pluribus resoluo mortale esse peccatum extra casum necessitatis in loco no sacro celebrare, licet non detur scandalum, nouissime Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tract. de Eucharist. disput. 20. sect. 2. a. num. 48. vbi inter casus necessitatis, quos excipit, enumerat, si dum aliqui peregrinantur, diu Missa caere coguntur, quando Ecclesiae sunt diruta; quando multi conueniunt ad solemnitatem, & non capit eos Ecclesia; item in castris pro militibus in litore pro nauis intra treme existentibus, vel multitudine etiam nauantium in alijs nauibus, vt festo die Missam audiant, de quo etiam Hurtado d. tract. de sacrific. Missa disput. 4. diffie. 6. vers. obseruandum est secundum.

¶ Dedicata Oratoria, &c. Oratoria in particularium dumtaxat domibus existentia comprehendi sub hoc decreto, resoluunt Sel. in selectis canon. c. 18. num. 25. asserens sic fuisse resolutum in Florentina 1. Septembris 1615. & in Colimbrien. 1. Iulij 1616. Vnde Carol. Nouar. in comment. ad cap. Missarum 13. de consec. dist. 1. citatus a Ioan. de Lugo d. disp. 20. sect. 2. num. 50. aduerit palatium Episcopi non existimari domum priuata, atque ideo non esse ablatam Episcopis facultate habendi Oratoriū ad diuina deputata, in quo celebrare possint, sicut antea in suis domibus.

Ecclesia, vel Capella publica non comprehenduntur hoc decreto, dummodo earum ianua in via publica exeat, & ad illam omnibus publicis pateat accessus, nec fenestra in illa sint, per quas in eam prospectus haberi valeat, habeatque necessaria requisita, nec turibus parochialibus

chialibus prauideatur, ita Sel. d. cap. 18. num. 26. attestans ita fuisse decitum in diocesi Florentina, & Colimbrien.

23. *Ab Ecclesijs verò musicis eas, &c.]* Vide Caiet. in 2. 2. q. 91. art. 1. vers. inter hac, Nauarr. in man. cap. 12. num. 87. Valent. 2. 2. disput. 6. quest. 9. puncto unico. Soar. tom. 2. de relig. lib. 4. de orat. cap. 13. num. 16. & 17. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 8. nu. 7. Bonacin. de horis canon. disput. 2. quest. 1. puncto 3. num. 1. metipsum in collect. ad cap. dolentes num. 15. de celeb. Missar. Ioan. Sanci. in select. disput. 47. num. 22.

24. Musica instrumenta in Ecclesijs licita esse si decenter adhibeantur, docent Caietan. in summ. verb. organorum vsus, Soar. d. lib. 4. c. 8. num. 5. cum seqq. Carol. Macign. de horis canon. cap. 61. num. 9. Molfet. in summ. Theolog. moralis tract. 5. c. 2. à num. 65. Filiuc. in quest. moral. tract. 23. cap. 3. ad fin. nu. 120. Peregrin. in constit. cleric. Regular. p. 1. cap. 1. §. 10. Ego ipse in collect. ad d. c. dolentes num. 16. & in tract. de Parocho p. 1. cap. 13. num. 23. cum seqq.

25. *Ne Sacerdotes alijs, quam debitis horis celebrent.]* Tempus, seu horam celebrande Missæ regulariter incipere ab aurora, quando aer incipit illustrari, seu illuminari per primam Solis irradiationem, vel paulo antè per dimidiã horam vsque ad meridem, tradunt Nauarr. in manu. cap. 25. num. 85. & de orat. miscel. 76. Henric. in summ. lib. 9. cap. 24. §. 6. Sot. in 4. dist. 1. 3. quest. 2. art. 2. Victor. in summ. vbi de Eucharistia num. 97. Stephan. Durant. de ritibus Eccles. lib. 2. cap. 7. Soar. tom. 2. disput. 80. sect. 4. Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruciat. §. 1. 3. ad fin. Nald. verb. Missa num. 21. Barthol. ab Angelo de Missa dial. §. 647. Azor. in sit. moral. part. 1. li. 10. cap. 25. Vafq. in 3. p. tom. 3. disput. 233. num. 26. cum seqq. Piafex. d. cap. 3. num. 22. vers. fuscis, Pirigian. dist. 13. quest. 2. art. 4. Aegid. de Coninck de Sacrament. tom. 1. quest. 83. nu. 217. cum seqq. Fr. Ioan. de la Cruz de statu relig. lib. 2. cap. 5. dub. 6. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 173. Fr. Ludovic. Miranda d. tom. 1. q. 40. art. 10. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quest. ultim. puncto 9. à princ. Filiuc. d. tom. 1. tract. 5. à nu. 111. Fagundez in quinque Ecclesijs præcepta præc. 1. lib. 3. cap. 17. latè Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tract. de venerabili Eucharistia Sacramento disput. 20. sect. 1. num. 24. cum seqq. vbi à nu. 31. dissentit quid intelligatur nomine auroræ in aie materia, & n. 28. post Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 43. art. 5. & Antonin. Dianam moral. resolut. tom. 1. tract. de celebrat. Missar. resolut. 33. resolut. per Tridentinum in presenti non esse reuocata priuilegia nonnullis Religiosis concessa celebrandi vnam, vel duas horas ante auroram. Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de sacrif. Missæ disp. 4. diffie. 4. cum seqq.

26. Missam in propria Ecclesia celebrare debere Parochum, & non in alia, quacunq. consuetudine in contrarium non obstante, tenet Sel. d. c. 18. n. 20. asserens ita fuisse decitum in Lucana 15. Septembris, & 17. Nouëbris 1629.

27. Missas duas festis diebus posse parochum ex concessione Episcopi ob defectum Sacerdotum celebrare, tradidit idem Sel. citato loco, vbi attestatur ita fuisse resolutum sub die 17. Augusti 1626.

28. Missas celebrare nequaquam prohibetur Regularibus in suis Ecclesijs ante celebrationem Missæ in Ecclesia parochiali, idem Sel. vbi supra, qui refert ita decitum in nullius prouincia Rauennaten. 15. Septembris 1629.

29. Episcopus non potest concedere licentiam vt quis celebrare possit Missam cum Bareuno in capite, sed tantum ad summum Pontif. spectat dare huiusmodi licentiam, ita Sel. d. cap. 18. num. 27. refertens sic resolutum sub die 16. Februarij 1619. & ego ipse de officio, & potest. parochi cap. 11. num. 36.

30. *Quarundam verò Missarum, & candelarum, &c.]* Vide Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Missa, Gabr. Vafq. in 3. part. tom. 3. disput. 233. num. 26. Villalob. in summ. part. 1. tract. 8. diffie. 31. num. 6. Portel. in dubijs Regular. verb. Missa num. 9. Laçana in summa quest. Regular. cap. 21. num. 21. Sanchez in præcepta Decalogi tom. 1. li. 2. cap. 40. num. 40. vbi num. 41. agit de Trinitarijs sancti Amatoris, de quibus etiam Petr. Ciruelo in tract. de superstit. part. 3. c. 11. Martin. Delr. disput. magic. par. 2. quest. 4. sect. 17. Torreblanca de Magia lib. 1. quest. 28. num. 11. Et de Trinitarijs S. Gregorij vide Homobon. de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 4. cap. 13. quest. 117. Torreblanca d. quest. 28. à num. 12. Hieron. Roderic. Barbof. Collect. in Concil. Trid.

in compendio quest. regular. resolut. 25. num. 8. metipsum de officio, & potest. Parochi, cap. 11. num. 29. vbi refert quomodo dici debeant triginta Missæ S. Gregorij.

Moneant frequenter, &c.] Vide Ferdinand. Pæz Lusit. in 31. repet. cap. Missas, de consecr. dist. 1. num. 133. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 38. à num. 7. Suarez. tom. 3. disput. 87. sect. 2. in dubio, eucha secundam Missæ dimensionem, Cened. ad Decretal. collect. 104. Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 249. num. 25. & quest. regular. tom. 1. quest. 43. art. 7. Henric. in sum. lib. 9. cap. 25. §. 9. Azor. in sit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 6. quest. 4. nouissimè Trullench in Decalog. lib. 3. cap. 1. dub. 6. per tot. Valer. Reginald. in praxi fori pænie. lib. 10. quest. 3. num. 22. Aegid. de Coninck de Sacrament. tom. 1. quest. 85. num. 312. Aloyf. Ricc. in decis. curia Archiepif. Neapol. part. 1. decis. 152. latè Fagundez in quinque Ecclesijs præcepta, præc. 4. lib. 2. cap. 3. num. 8. cum seqq. Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. Parochia, & part. 1. verb. Missa §. 6. vbi attestatur decitum non posse Episcopum cogere populum multis & pœnis, etiam in casu notabilis negligentia, aut contumacia ire ad audiendam Missam in parochia sua, de quo Bert. Lucent. in praxi crimin. Regul. tit. 4. c. 34. nu. 5. vers. Populum tuum, Hieron. Roderic. in compendio quest. Regular. resolut. 25. num. 5. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 2. de diebus festis cap. 16. n. 10. vbi ostendit hæc verba nõ esse necessitates, sed congruitas. Ioan. de Lugo d. disput. 22. num. 2. Fagundez d. cap. 3. num. 13. refert d. part. 2. alleg. 24. num. 17. vbi num. 18. aduerto Missæ audiendæ præceptum adimpleri quocunq. in loco audiat, siue in propria parochia, siue in qualibet alia Ecclesia, aut loco vbi celebretur, posse tamen fieri aliunde, vt aliquis peccet non audiendo Missam in propria parochia, videlicet si noluit eam audire ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, quæ parochiani scire tenentur, latius de his omnibus in meo tract. de officio, & potest. Parochi cap. 11. ex nu. 14. cum seqq. & nouissimè Theophil. Parochor. p. 2. art. 17. Mich. Lochmaier in sua Parochiali Curatorum cap. 5. Vnde non poterit Parochus compellere Parochianos in suis Ecclesijs Missas audire, Portel. in addis. ad dubia Regular. verb. Missa num. 1. & 2. Hieron. Roder. in compend. quest. Regul. resolut. 109. n. 6. Nec potest Episcopus constitutionem facere, qua precipiat suis subditis vt non audiant Missam nisi in proprijs Parochijs. Gutier. canon. lib. 1. c. 30. nu. n. 14. in fine, Azor. p. 1. lib. 7. c. 6. g. 6.

32. *Hec igitur omnia, &c.]* Exempti subieciuntur Ordinario quoad hoc quod non possunt celebrare in Oratorio, nisi ab Episcopo designato, & debitis horis, & contra facientes oppositum potest Ordinarius procedere per censuras, & alias pœnas, & similiter si in Missa aliquas egermonias superstitiosas obseruent, vel alia, quæ Episcopo indecentia sacrificio videantur. Ita Sanch. in consil. moral. lib. 6. c. 9. dub. 2. num. 7. Posse Episcopum Regulares cogere vt in offertorio Missarum conuentualium, quæ Dominicis diebus in monasterijs celebrantur, declarent fidelibus, quæ festiuitates & ieiunia in illa hebdomada occurrant, ne ignorantia horum festorum, & ieiuniorum præcepta Ecclesiastica à fidelibus transgrediantur tenet Portel. in dubijs regul. verb. Episcopus num. 7. Hieron. Roder. in summ. quest. Regular. resolut. 25. sub num. 5. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. q. 43. art. 7. vbi refert se ita vidisse obseruari à quibusdam Fratibus Ordinis Mendicantium in diocesi Elboren. Regni Portugaliæ, refert Ego ipse d. alleg. 24. num. 21. & de officio, & potest. Parochi cap. 16. num. 26.

Vnde festos dies & ieiunia in suis Ecclesijs annunciare nullatenus prohiberi Regulares dicit Laurent. de Peirinis in constit. sui Ordinis Minimorum tom. 2. constit. 7. p. 17. nu. 13. vers. ad primum, pag. 193. referens ita fuisse decitum sub die 2. Iulij 1620. Laçana in summ. quest. Regular. c. 12. n. 41. vers. ad primum. Ego ipse d. cap. 16. num. 26. in fine.

34. Regularibus non esse prohibitum inter Missarum solennia vertere se ad populum, & generalem Confessionem pro eo facere, atque etiam in medio Altaris sistendo elemoynas, & oblationes ab offerentibus recipere, non autem eis licere ab Altari discedere, & per Ecclesiam circumire, resolut. Aldan. in compendio canon. resolut. li. 1. cap. 13. nu. 3. vbi refert se fuisse decitum in nullius prouincie Rauennaten. 15. Septembris 1629. & refert Laçana in summ.

summ. quest. Regul. cap. 9. num. 45. & c. 12. num. 41. vers. ad 2. quod sacra Congregat. Concilij in una Bononiens. 2. Julij 1620. censuit posse Regulares inter Missarum solemnia recipere ea, quae sibi offeruntur, dummodo a perambulationibus per Ecclesiam, ac similibus elemosynarum extortionibus se abstineant.

35. Regularibus nequaquam prohibitum esse Missas celebrare, & campanas pulsare in suis Ecclesijs ante celebrationem Missae, & pulsationem campanae in Ecclesia parochiali, ideoque Ordinarium minime hoc illis prohibere posse, sed tantum monere populum ut accedat ad Ecclesiam parochialem ad S. Concilij Trident. praescriptum, tenet Ald. d. cap. 13. num. 4. attestans ita resolutum in d. nullius provinciae Raven.

Regularibus Missae sacrificium in Ecclesia seculari de consentu Rectoris eiusdem Ecclesiae celebrare licere tradit Sel. in seld. Canon. cap. 1. num. 8. attestans sic decidisse S. Congr. Episcop. & Regul. sub die 10. Ianuarij 1611. cuius decisionis memini in tract. de Parocho part. 1. cap. 1. num. 51. Non licere tamen Regularibus in suis Ecclesijs ad celebrandum admittere Presbyteros seculares contra prohibitionem Episcopi, censuit sacra Congreg. Concilij in una Bononiens. 2. Junij 1620. quam refert Lazana in summ. quest. Regular. c. 12. num. 41. vers. ad 12.

Regulares non posse in Sabbato sancto benedicere domos, cum non possint hoc munus extra Capitulum suum exercere, concludit Sel. d. cap. 15. num. 10. asserens ita fuisse resolutum sub die 23. Nouemb. 1619.

DE REFORMATIONE.

Omnes Clerici sint à negotijs secularibus alieni, honestè, grauitèrque se gerant, ac sanctè viuant; cum ceteri in eos suos oculos conijciant, ex ijsque sumant, quod imitentur.

CAPVT PRIMVM.

- 1 Doctores referuntur de vita, & honestate cleric. agentes.
- 2 Luxus in habitu, seu vestitu.
- 3 Comestationes.

- 4 Choreæ.
- 5 Clericis ad aleas, & taxillos ludere non licet.
- 6 Subditus non potest à correctione, quam Superior contra illum facit, appellare.

Matth. 5. Tit. 2. c. qualiter 2. de accus. cap. clericos. 21. dist. 5. Sess. 14. in proemio. De vita & honest. cler. extra in 6. & cap. non oportet in 2. de consecrat. dist. 5. c. canon. 14. q. 3. credo 21. q. 3. Concil. Carth. 1. c. 6. & Concil. Carthag. 3. c. 15. Concil. Chalcedon. can. 5. Con. Arelat. 2. c. 14. cum sim. & infra sess. 24. de reform. cap. 12.

Nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dicarunt: eum enim à rebus seculi in altiorum sublato locum conspiciantur, in eos tanquam ^a speculum reliqui oculos conijciunt, ex ijsque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos, in fortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ^b vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsque omnibus rebus, nil, nisi graue, moderatum, ac religione plenum præ se ferant: leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo maximè in Ecclesia Dei & vtilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sunt obseruanda, ^c statuit sancta Synodus, vt quæ alias à summis Pontificibus, & sacris Concilijs de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda ac simul ^a de luxu, ^b comestationibus, ^c choreis, ^d aleis, lusibus ac quibuscumque criminibus, ^e nec non secularibus negotijs fugiendis copiose, ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum iisdem penis, vel maioribus, arbitrio Ordinarij imponendis, obseruentur, ^f nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abiisse compererint, ea quam primum in vsum reuocari, & ab omnibus accuratè custodiri, studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, penas persequantur.

Vide Gisbert. Scheuc. de ecclesiast. vita, & moribus, Camill. Borrel. in summ. omnium decis. tom. 1. tit. 11. Campan. in diuersis iuris canon. rub. 4. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. metaplum in collect. ad cap. 2. & per forum de vita, & honest. cleric. & de officio potest. Parocho cap. 6. & de iure ecclesiast. lib. 1. cap. 40. & de modestia in habitu, gestu, incessu, & sermone nouissime Stephan. Veyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trid. in nouitas, constit. 8. num. 1. vers. quapropter.

1. ^a De luxu. De hoc in habitu, seu vestitu. aut vestium colore, vel nimio crimium, seu capillorum cultu, aut affectata compositione, dixi latè d. tract. de iure ecclesiast. lib. 1. c. 40. ex num. 17. cum multis seqq.
2. ^b Comestationibus. De comestationibus, & inhonestis conuijs à clericis fugiendis, egi eod. tract. de iure ecclesiast. lib. 1. cap. 40. ex num. 51.
3. ^c Choreis. Non licere clericis interesse choreis, & saltationibus, ne propter motus obscænos oculi eorum contaminentur, probant cap. Presbyteri 19. dist. 1. 57. tit. 5. part. 1. vbi Gregor. Lop. in gloss. 1. & l. 34. tit. 6. part. 1. vbi gloss. 7. Vgol. de officio Episcopi cap. 13. §. 30. num. 1. Ego ipse d. tract. de iure ecclesiast. lib. 1. c. 40. num. 62.
4. ^d Aleis. Non licere clericis ad aleas, & taxillos ludere, probat cap. penult. de vita, & honest. cleric. cap. cum inter delictos, de excess. Pral. l. 57. tit. 5. part. 5. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 37. art. 1. Paul. Comit. respous. moral. lib. 1. quest.

90. Camill. Borrel. d. tit. 11. num. 33. Aldrete de religiosa discipl. tuenda lib. 2. cap. 16. §. 3. num. 17. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 51. vers. quod verò, Carol. de Grass. de effectib. clerical. effect. 22. Farin. in praxi crimin. p. 3. quest. 109. nu. 6. cum seqq. Squillante de obligat. cleric. p. 2. num. 45. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 24. Illustrif. D. Roder. à Cunha in comment. ad cap. 1. num. 1. cum seqq. 35. dist. Vgol. d. cap. 13. §. 22. num. 2. vbi subdit hoc procedere in omnibus clericis, qui Ordine sacro initiati sunt, vel in minoribus constituti, si beneficium habeant ecclesiasticum, & num. 3. quod nec per alium ludere possunt, & in fine restitit, vbi animi gratia secretò, & modicè luderent absque scandalo, & §. 23. num. 1. resolut. peccare mortaliter clericos prædictos, qui aleis, & taxillis ludunt, refero Ego ipse d. tract. de iure ecclesiast. lib. 1. cap. 40. num. 66. cum seqq.

^e Nec non secularibus negotijs fugiendis. De his omnibus late egi d. tr. de iure ecclesiast. lib. 1. c. 40. à num. 83. vsque ad n. 131.

^f Nec appellatio executionem, &c. Vllam appellationem impedire non posse istarum penarum executionem, cum ea suspendere non possit illa, quæ ad morum correctionem pertinet, dicit Stephan. Veyms d. loco num. 12. in fine. nam in causis visitationis, & correctionis appellatio post diffinitiuam non suspendit executionem, Narbona l. 59. gloss. 1. num. 119. tit. 4. lib. 2. Recop. vide supr. sess. 13. de reform. c. 1. à num. 5. Subditum non posse à correctione, quam Superior contra illum facit, appellare, pro-

probat cap. ad nostrā 3. appellat. Innoc. in cap. unic. vbi Bald. n. 2. Abb. n. 7. & d. Alex. de Neuo n. 13. & 14. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallia. tit. de appellat. art. 7. gloss. 2. num. 24. vers. vnde

cimo. Petr. Gregor. in tract. de appellat. lib. 2. cap. 10. num. 7. vers. in Gallia. Sigism. Scacc. eod. tract. questione 17. limit. 26. n. 9. Ego ipse in votis d. c. finis Canonie. libro 1. voto 4. n. 73.

Qualitates assumendorum ad Ecclesias Cathedralis, qui vita bona, & Ordine sacro præditi esse debent, ac tales, qui ceteros docere valeant, quæ probari debent testimonijs, &c.

C A P V T II.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Promouendus ad Episcopatum debet esse constitutus in sacro Ordine antea saltim sex mensium spatio.
- 3 Episcopalis Ordinis collatio valida est etiamsi Sacerdotium non præcesserit.
- 4 In Episcopum promouendus debet esse Doctor, aut Licentiatus in S. Theologia, vel iure Canonico, aut

saltem publico alicuius Academia testimonio idoneus ad alios edocendos repertus.

- 5 Gregorius XIV.
- 6 Clemens VIII.
- 7 Inquisitio processus Regularium quomodo faciendum ad Ecclesias Cathedralis promouendi fuerint.
- 8 Religiosus potest in Episcopum eligi.

Quicumque posthac ad Ecclesias Cathedralis erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac alijs, quæ à sacris Canonibus requiruntur, plene sit præditus, & verum etiam in sacro Ordine antea, saltem sex mensium spatio, constitutus. quarum rerum instructio, si eius notitia nulla, aut recens in Curia fuerit, à Sedis Apostolicæ Legatis, seu Nuncijs prouinciarum, aut eius Ordinario, eoque deficiente, à vicinioribus Ordinarijs sumatur. & Scientia verò præter hæc eiusmodi polleat, vt muneris sibi iniungendi necessitati possit satisfacere. Ideoque antea in Vniuersitate Studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico merito sit promotus, aut publico alicuius Academia testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quod si regularis fuerit, à Superioribus suæ religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde instructio, seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur: alioquin eorum conscientias grauius oneratas esse scient: ac Deum, & superiores suos habebunt ultores.

a cap. cum in cunctis. & c. cum a nobis de elec. c. graue nimis. de præbendis. & infra l. 4. c. 1. de rector. Contr. Sardin. c. 6. C. C. Roman. sub Nic. 1. vers. vt nullus laicus C. C. Baccar. c. 18. de Syrausanæ 2. dist. per tot. l. 7. c. 1. de eod. sed minus plene. Carth. c. 1.

1. **V**ide Salzed. ad Bernard. cap. 25. litt. A. vers. & non solum Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 8. quest. 5. num. 5. Campan. in diuers. iuris canon. rub. 7. cap. 6. à num. 37. Franc. Leo in thesauro fori eccl. part. 1. cap. 3. Vatiq. in apuse. de benef. c. 2. §. 3. dub. 9. num. 82. metipsum de officio, & potest. Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 5. à num. 4. & p. 2. alleg. 1. & Constit. Gregorij XIV. incip. Onus Apostolica, sub dat. Romæ die 1. Maij 1590. quam refert Quarant. in summa Bullar. verb. electio. pag. 309. Processum Inquisitionis faciendæ super qualitatibus ordinandorum ad Cathedralis de mandato S. D. N. Vrbanj VIII. confectum posui d. e. 5. post num. 4. secundum Lugdunen. impress.

¶ Scientia verò, & c. Vide Petr. Alphons. de Vasconcellos in harmonia rubr. iuris canon. sub tit. de atate. & qual. nu. 4. Henriq. in sum. lib. 10. e. 16. §. 2. litt. R. & cap. 33. §. 2. & lib. 14. cap. 9. §. 1. vers. gradus Menoch. de arbit. casu 425. nu. 35. Cened. ad Decretum, collect. 51. nu. 4. ad fin. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 67. Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28. quest. 9. & lib. 6. cap. 6. quest. 1. Less. de instir. lib. 2. cap. 34. dub. 24. Valer. Reginald. in praxi fori panth. lib. 30. tract. 3. num. 171. Campan. in diuers. iuris canon. rub. 3. e. 4. nu. 1. cum segg. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discip. cleric. §. 4. à num. 33. Homobon. de Bonis de examine eccl. p. 1. tract. 1. cap. 9. §. 52. metipsum. d. alleg. 1. num. 24. & in collect. ad cap. cum in cunctis num. 20. de elect.

2. **V**erum etiam in sacro Ordine antea, & c. Oportere promouendum ad Episcopatum in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constitutum fuisse per hoc decretum, tradunt Vgolin. de officio Episcopi cap. 1. §. 2. num. 1. Franc. Leo d. cap. 3. num. 9. Campan. d. rub. 7. cap. 6. num. 45. Didac. de Arroio de Sacram. cap. de Episcop. nu. 6. Maurit. de Alzedo de præcellentia Episcop. dignitat. p. 1. e. 3. nu. 28. & c. 4. nu. 3. Sed per dictam constitut. Gregorij XIV. que vitæ plurali numero, oportere omnibus sacris initiatum fuisse ante sex menses, aduertit Campan. in d. suo diuersor. iuris canon. rub. 11. e. 7. n. 3. que refero d. alleg. 1. n. 37.

Adit præterea præfacta Constitutio Gregorij XIV. huiusmodi Conciliarij dispositioni, vt peculiaris circa doctrinam promouendi ad Episcopatum diligentia adhibeatur, ita quod priuilegium Doctoratus, aut Licentiatuæ nemini fuissegetur, sed de eorum etiam doctrina diligens fiat inquisitio, nisi ex aliqua publica functione illud notorium esset.

3. **S**i Sacerdotium non præcesserit, validam tamen esse Ordinis Episcopalis collationem, etenim præposteratio in collatione Ordinum nõ vitiat, licet executionem impediatur, tenent gloss. & Doctores in cap. sollicitudo 52. dist. Rendina in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 38. num. 6. Fornar. de sacram. Ordinis, cap. 6. num. 5. Campan. in d. diuersorio iuris canonici, rub. 10. cap. unic. num. 3. Cou. lib. 1. var. c. 10. nu. 16. Maurit. de Alzedo d. p. 1. e. 4. num. 4. Ego ipse de Episcopo p. 2. alleg. 1. num. 38.

Sed postmodum Clemens VIII. peculiari sub decreto statuit quod ad Episcopatum Italiae assumendi in Vrbe coram ipso, & S. Congregatione Cardinalium, aliorumque grauium, & peritorum Prælatorum, ac viro- rum: in Gallia verò, & Hispania coram S. R. E. Cardinalibus Legatis ibi existentibus, & Legatis deficientibus coram Sedis Apost. Nuncijs, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis de speciali Papæ mandato assistentibus alijs Prælati, & Iureperitis, vt huiusmodi negotij grauitas requirit, se examini subiciant, qui approbati, & non aliàs ad Ecclesiarum regimina admittantur, refero Ego ipse d. allegat. 1. num. 25. & in collect. ad d. cap. cum in cunctis, num. 20. me citato Lauor. variar. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 19.

Contra gloss. fin. in cap. unic. de clerico per saltum prom. Syluest. in sum. verò Ordo 2. num. 1. Borgas. de irregular. p. 5. sub rubr. de clerico per saltum promotio num. 3. Sæ in aphorism. verb. Ordo, num. 25. Maiol. de irregular. lib. 4. cap. 12. num. 3. Henriquez in sum. lib. 10. cap. 7. §. 1. Salzed. ad Bernard. in præf. cap. 24. litt. A. vers. inter promotos, Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 3. e. 30. quest. 9. Illustrif. D. Roderic. à Canha in comment. ad d. c. sollicitudo num. 16. Bonacina de censur. extra Bull. disp. 3. q. 1. puncto 2. num. 7. existimantes Episcopalem Ordinem non suscipere, qui Sacerdotio caret.

Quod si Regularis fuerit, & c. Quomodo autem faciendum sit inquisitio processus Regularium cum ad Ecclesias Cathedralis promouendi fuerint: dicitur in d. constit. Gregorij XIV. in vers. quod autem, & in formula processus formandi iuxta mentem S. D. N. Vrbanj VIII. relati per me d. p. 1. tit. 1. cap. 5. post num. 4. sub rubr. Quod seruandum si promouendus sit Regularis.

8. **P**osse enim Religiosum in Episcopum eligi probat e. 8. penult.

penule. in fine, de vita, & honest. cleric. cap. nullus Religiosus, de elect. lib. 6. dum tamen suus Superior consentiat ei acceptanti electionem de se factam, aliter Monachus non potest consentire, gloss. in d. cap. nullus, & in cap. si Religiosus, & in cap. quam sit. eodem titul. de elect. in 6. Illustrif.

D. Roder. à Cunha in comment. ad cap. bene numer. 2. dist. 61.

De natalibus, ætate, & moribus, qui requiruntur in promovendis ad Ecclesias cathedrales, dictum est supr. sess. 7. de reformat. cap. 1.

Distributiones quotidiana creanda ex tertia parte quorumcunque fructuum, quorumcunque beneficiorum; portiones absentium cedunt pijs locis arbitrio Episcopi, nisi actu ministrent in Ecclesia curata extra ciuitatem, &c.

C A P V T I I I.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Detractio tertiae partis fructuum conuertenda in distributiones quomodo facienda.
- 3 Non admittit distributiones creatas in anniuersarijs.
- 4 Dignitatem obtinens in Cathedrali, vel Collegiata, licet vocem in Capitulo non habeat, nec eum ca-

teris distributiones participet, detractio tertiae partis fructuum est obnoxius.

5 Loquitur de distributionibus extraordinarijs, & improprijs.

6 Non comprehendit Canonicos habentes Ecclesias Parochiales, non tamen Canonicatibus annexas.

§ Sess. 21. c. 3.

b Suprà sess. 21. de reformat. c. 3.

Episcope^a, etiam tanquã delegati Apostolici, a ex fructibus, & prouentibus quibuscumque β omnium dignitatum, personatum, & officiorum, in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis existentium tertiam partem in distributiones eorum arbitrio assignandas, diuidere possint, vt scilicet, qui eas obtinent si personaliter competens ibi seruitium iuxta formam, ab eisdem Episcopis præscribendam, quolibet die statuto non impleuerint, illius diei distributionem amittant, nec eius quoquo modo dominium acquirant, *sed fabrica Ecclesie*, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicetur. Crescente verò contumacia, contra eos iuxta sacrorum Canonum constitutiones procedant. Quod si alicui ex prædictis dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis de iure, seu consuetudine, iurisdictio, administratio, vel officium non competat, sed extra ciuitatem in diocesi cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, tunc pro tempore, quo in curata Ecclesia resederit, ac ministrauerit, tanquam præsens sit, ac diuinis intersit, in Ecclesijs Cathedralibus, ac Collegiatis habeatur. Hæc in ijs tantum Ecclesijs constituta intelligantur, in quibus nulla est consuetudo vel statutum, vt dictæ dignitates non seruientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & prouentuum ascendat: non obstantibus consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, & constitutionibus, etiam iuramento, & quauis auctoritate firmatis.

1. **V**ide Couarr. lib. 3. var. cap. 13. num. 7. Nauarr. de orat. miscel. 59. nu. 6. & miscel. 14. num. 51. Henriq. in sum. lib. 7. de indulgent. cap. 39. §. 3. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. distributiones, §. 4. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. g. 8. Nicel. Garc. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 430. cum seqq. Monet. de distribut. quotid. p. 3. g. 6. num. 29. Anton. Ricciol. de iure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 4. cap. 15. Raguc. de voce canon. in Capitulo. quest. ult. Rot. decis. 712. p. 1. recent. metipsum in tract. de Canonic. cap. 21. num. 23. cum seqq. nouissime Steph. VVeyms in constitutiones 24. ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Trid. innouatas, constit. 11. num. 7. cum seqq. Vasquez in opusc. moral. cap. 4. §. 3. dub. 2. num. 222. & suprâ sess. 22. de reformat. cap. 3. satis dictum est de materia huius decreti.

2. **a** Ex fructibus, & prouentibus, &c.] Vide Nicol. Garc. d. p. 3. c. 2. num. 477. dicit quod debent esse fructus illius Ecclesie, in cuius choro sedem habent hæc dignitates, secus verò si nullos fructus percipiant istæ dignitates ex illis Ecclesijs, in quibus sedem habent in choro, tamen nunquam fecerunt residentiam, & habent proprium districtum, in quo suam iurisdictionem exercent, & num. 467. refert decism huiusmodi detractioem ex fructibus esse faciendam, non secundum taxam antiquam, prout in libris Capitulorum, sed secundum veram eorundem fructuum estimationem, iuxta valorem currentem.

3. Concilium in præsentem non admittere distributiones creatas ex anniuersarijs, & alijs communibus ministerijs, censuit Rot. in Hortolan. Canonicatus 10. Iunii 1619. coram bona mem. Remboldo.

4. β Omnium Dignitatum, &c.] Obtenentem in Cathedralibus, & Collegiatis Dignitatem, licet vocem in Capitulo non habeat, nec distributiones quotidianas cum cæteris participet, detractio tertiae partis fructuum esse obnoxium, refert decism Nicol. Garc. d. c. 2. num. 481.

vtbi numer. 483. attestatur pariter resolutum non comprehendit sub hoc decreto dignitates, quæ etsi locum habeant in choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas, nec sufficientes præbendas, vel fructus tenues, quæ retineri possunt cum Canonicatibus, vbi est consuetudo absque alia dispensatione, vt cap. 1. de consuet. lib. 6. nec illis vnire Ecclesias parochiales ad augendos fructus distributionum quotidianarum Episcopum posse. Vide posita ad d. cap. 3. sess. 22. de reformat.

5. **Sed fabrica Ecclesie, &c.**] Hoc decretum dum decidit portionem distributionum ijs contingentem, qui non intersunt, applicari debere fabrica Ecclesie quatenus indigeat, vel alteri pio loco, arbitrio ordinarij, loqui de distributionibus extraordinarijs, & improprijs, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, Personatum, & Officiorum constituuntur lucrificandæ ab eis solis, qui huiusmodi beneficia habent, implendo Officia & seruitia diuina eis ab Episcopo præscribenda, & designanda; aliud verò decretum, quod habetur suprâ sess. 21. de reformat. cap. 3. dum tenet huiusmodi portionem distributionum interessentibus accrescere, intelligi de distributionibus ordinarijs, & proprijs, quæ constituuntur de fructibus communibus lucrificandæ ab obeuntibus communiter Officia diuina, referunt Nauarr. de orat. miscel. 59. num. 9. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 16. num. 25. Galet. in margar. casuum conscient. verb. officium diuinum, pag. 190. Azor. d. part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 8. Monet. d. quest. 6. num. 29. Campan. in diuers. iuris canon. rub. 7. cap. 6. nu. 15. vers. consulti. Aliam concordiam assignat Garc. d. cap. 2. num. 465. Rot. in Astorican. residentijs 6. Iulij 1616. coram R. D. meo Coccino Decano, impressa post tract. de distribut. quotid. Alexandri Moneta, & per Farin. d. decis. 712. p. 1. recent. cuius memini de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 53. nu. 154. Nouè Stephan. VVeyms d. constit. 11. nu. 13. pag. 97. addit Concilium in præsentem iubere applicari distributiones

nes quotidianas, propter illicitam absentiam fabrica Ecclesie quatenus indigeat, vel alteri pio loco ad arbitrium Ordinarij Episcopi, quia tertia illa pars fructuum decucitur, & in distributiones quotidianas convertitur, non in aliquod solatium praesentium, sed in odium & penam absentium, & personaliter non adimplentium debitum officium: & ideo non subest ratio cur ex poena, vel odio aliorum praesentes debent aliquid lucrari, ne videantur ex culpa, vel delicto locupletari: ut ea de re extare peculiararem declarationem sacre Congr. refert idem Steph. VVeyms in hac verba. Distributiones quotidianae, quae ex tertia parte fructuum iuxta decretum Concilij procedunt, debent assignari horis singulis, & pro qualibet hora fieri portio; & qui non interierint, distributiones amittant, nec absentibus adempta, inter praesentes possunt dividi, sed fabrica Ecclesiae, aut alteri loco pio pro arbitrio Ordinarij debent applicari.

§ *Cura animarum imminuat.* Secus si tantam jurisdictionalis: si vero est vniuersa, sic locus extirpanda, qui vero, de praebenda, & tunc cum visitauerit suam jurisdictionem, iurabitur praebenda, & fructus, non autem distributiones quotidianas, ita refert decisum Garc. d. p. 3. cap. 2. num. 335. § *Habeatur.* Non comprehenduntur Canonici habentes Ecclesias parochiales, non tamen Canonicatus annexas, seu unitas, qui si in Parochialibus resederint, & fuerint privilegiati ad perceptionem fructuum, exceptis distributionibus quotidianis, iuxta Bullam Pij V. vel ex indulto Apost. non poterunt optare neque domos canonicas, neque Canonicatum presbyteralem, & similia, & non habeantur pro praesentibus, sed tantum sunt privilegiati ad percipiendos fructus, & id quantum scilicet extat consuetudo, vel statutum, quo absentes non possunt optare, secus, quo absentes possunt optare, ita refert decisum Garc. d. p. 3. cap. 2. num. 337.

In Cathedrali, vel Collegiata, etiam Regalari, mancipatus non habeat vocem in Capitulo, nisi sit Subdiaconus; oneribus subeundis per se infra annum sint quique idonei. In posterum provisio fiat solis habentibus integre etatem, &c.

C A P V T IV.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Doctores referuntur de materia huius cap. quoad primam partem agentes.</p> <p>2 Canonicus non Subdiaconus nec vocem consultivam in electionibus, & in Synodo habet.</p> <p>3 Procedit in Canonicis habentibus vocem ratione canonie.</p> <p>4 Canonicus in sacris non constituitur vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, seu praescribere non potest.</p> <p>5 Canonicus in Collegiata nisi sit in Sacris vocem in Capitulo non habet.</p> <p>6 Canonicus a Sede Apost. super etate dispensatus non prius cogendus ad sacros Ordines promoueri, quam ad 22. annos peruenerit.</p> <p>7 Canonicus supranumerarius an habeat vocem in Capitulo.</p> <p>8 Praesidens Capitulo etiam si non sit in Sacris, in eo proponere, ac resolutiones accipere potest.</p> <p>9 Praelato Ecclesie collegiatae etiam si sacris Ordinibus careat, praesidentia, ac vox in Capitulo competit.</p> <p>10 Decanis, seu Archidiaconis primis dignitatibus non licet dare vocem in Capitulo, licet in eo proponere valeant.</p> <p>11 Dissensus a Papa in etate ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali vocem in Capitulo habet.</p> <p>12 Praebendas duas in eadem Ecclesia obtinens duas voces in Capitulo habere debet.</p> <p>13 Canonicus ex Ordine Subdiaconatus suscepto an-</p> | <p>te legitimam etatem vocem in Capitulo non habet.</p> <p>14 Vox simpliciter & absolute de actiua intelligitur.</p> <p>15 Beneficiati Ordines suscipere requisitos infra annum tenentur.</p> <p>16 Comprehendit beneficia, quae Ordinem requirunt extra Ecclesiam Cathedrali, vel Collegiatam existentia.</p> <p>17 Capellania quae requirit certum Ordinem, comprehenditur sub hoc decreto.</p> <p>18 Capellania non potest conferri illi, qui non est illius etatis, ut infra annum ad Ordinem requisitum promoueri possit.</p> <p>19 Capellania Sacerdotalis.</p> <p>20 Impedimentum quod requiratur ut Canonicus Ordinem requisitum infra annum suscipere non teneatur.</p> <p>21 Annus quo Canonicus Ordinem requisitum suscipere tenetur, computandus a die habitae possessionis.</p> <p>22 Pena priuationis dimidia partis distributionum, quam incurrunct Canonici requisitos Ordines non suscipientes, quae.</p> <p>23 Canonicus non promotus infra annum potest alijs poenis, quam priuationis puniri.</p> <p>24 Parochus an, & quando, & sub quibus poenis teneatur suscipere sacerdotium.</p> <p>25 Prouisio de beneficijs non est facienda nisi ijs, qui iam etatem & ceteras habilitates integre habere dignoscantur.</p> |
|---|--|

Quicumque in Cathedrali, vel Collegiata, saeculari, vel regulari Ecclesia diuini mancipatus officij, & in Subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit, & vocem in huiusmodi Ecclesijs in Capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab alijs liberè fuerit concessum. Si vero, qui dignitates, personatus, officia, praebendas, portiones, ac qualibet alia beneficia in dictis Ecclesijs obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alij Missas, alij Euangelium, alij Epistolas dicant, seu cantent quocumque privilegio, exemptione, prerogatiua generis nobilitate sunt insigniti, teneantur, & in isto impedimento cessante, & infra annum Ordines suscipere requisitos & alioquin poenas incurrant, iuxta constitutionem Concilij Viennensis, quae incipit, ut ijs, qui, quam praesenti decreto innouat cogantque Episcopos, diebus statutis dictos Ordines per seipos exercere, ac cetera omnia officia, quae debent in cultu diuino praestare, sub eisdem, & alijs etiam grauioribus poenis, arbitrio eorum imponendis. Nec alijs in posterum fiat prouisio, nisi ijs qui iam etatem, & ceteras habilitates integre habere dignoscantur: aliter irrita sit prouisio.

a. c. v. ij. de etate, & qual. lib. 1. ca. 22. Or. 6. b. h. l. 14. cap. 11.

Vide

1. Vide Rebuff. in *tract. nominat. q. 8. num. 3.* Naumie. *con-*
sil. 7. de cleric. non resident. in nouis. Petr. Greg. *syn-*
tagm. Turis. p. 2. lib. 15. cap. 23. num. 13. Cardoso in *praxi lu-*
dicum verb. Canonici. num. 5. Valenzuel. *109. 1. conf. 34. nu.*
99. Villar del patronado de Catalania. p. 7. §. 1. num. 15. Fr.
 Emman. *quast. regul. tom. 1. quast. 8. art. 6. et tom. 2. quast. 51.*
art. 5. Aloyf. Ricc. in *praxi rerum fori ecclesiast. decis. 364. in*
1. edit. alias resolut. 486. in 2. edit. Vgolin. de officio. et pote-
state Episcopi cap. 19. §. 3. num. 1. Azor. *instit. moral. p. 2. lib.*
3. cap. 11. quast. 20. late Monet. de distrib. quotid. p. 2. quast.
20. num. 2. cura segg. vbi multipliciter ampliat. Piafec. in
praxi Episcopi. p. 2. cap. 3. num. 7. Nicol. Garc. *de benef. part.*
3. cap. 4. à num. 24. Homobon. *de Bonis de examine eccles.*
p. 1. tract. 1. cap. 10. quast. 62. in fine. Rot. *decis. 600. num. 4.*
in 1. collect. nouiss. Fariv. alias parte. 4. diuers. metipsum in
tract. de Canonici. cap. 37. Ludouic. Miranda in *man. Pra-*
lator. tom. 2. quast. 23. art. 5. conclus. 5. Paul. Layman in *can-*
on. quast. de Pralat. eccles. elect. quast. 28. respons. 2. et quast.
181. respons. 3. Raguc. *de voce canon. in Capitulo. quast. 24.*
 Sebast. Caf. in *relect. de eccles. hierarchie. disputat. 2. §. 1.*
num. 2. Iul. Lator. *variarum lucubrat. tom. 1. titul. 4. cap.*
15. ex num. 33. Tamburin. *de iure Abbatum. tom. 1. disput. 5.*
quast. 8. num. 3. Aldan. in *compend. canon. resolut. lib. 1. titul.*
8. ex num. 1. Sel. in *selectis canonici. cap. 2. per rot. nouissimè*
 Stephan. VVeyms *ad constitutiones 24. ex antiquo iure de-*
sumptas. et per Concilium Trid. innouatas consil. 4. pag. 35.
cum segg. vbi innouatur Clem. vi. de atate et qualite per de-
cretum in presentu. Rota decis. 600. num. 2. p. 4. diuersor.
2. Procedere non modo in omnibus actibus expedien-
 dis, qui capitulariter expediuntur, sed etiam in electioni-
 bus, & minus in Synodo huiusmodi Canonici vocem
 consultiuam, neque assentiuam, aut sedem in Capitulo
 habere posse, refert decisu Nicol. Garc. *d. p. 3. c. 4. n. 25.*
3. Procedere quoque in Canonici habentibus vocem
 ratione canonicæ, tenet Monet. *d. part. 2. quast. 20. à nu-*
mer. 1. quem refero *de Canon. cap. 37. num. 7.* non autem
 in habentibus alio iure, puta priuilegio, statuto, funda-
 tione, vel consuetudine, quia licet Subdiaconi non sint,
 vocem in Capitulo habere, resoluunt Fr. Emman. *d. tom.*
2. q. 51. art. 1. Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 3. cap. 4. num. 31.*
 Portel. in *dub. regular. verb. electio num. 6.* Sigism. à Bono-
 nia *de elect. dub. 91. num. 2.*
4. Vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, seu præ-
 scribere non posse Canonici donec in Sacris fuerit
 constitutus, tenet Sel. in *selectis canon. cap. 2. num. 3. vbi te-*
statu sic fuisse decisum sub die 20. Aprilis 1602.
5. Canonici in Collegiata licet possint esse in ætate
 quatuordecim annorum nihilominus nisi sit in 22. anno,
 non posse habere vocem in Capitulo, dicit Sel. *d. cap.*
2. nu. 4. attestans ita fuisse resolutum *sub die Augusti 1621.*
 Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 482. num. 20.*
cum segg.
6. Canonici à Sede Apost. super ætate dispensatum
 non prius cogendum esse ad sacros Ordines promoueri,
 quam ad 22. annos peruenerit, refert decisum Garc.
d. p. 3. cap. 4. num. 17.
7. Canonicos supranumerarios, qui priuilegio Apost. in
 aliqua Cathedrali recipiuntur, cum eo quod solum partici-
 pent de distributionibus quotidianis, & nullam obti-
 neant præbendam, sed ad primam vacaturam iuxta eor-
 um prioritatem admittantur, non tenent habere maio-
 rem ætatem quam 14. annorum, dummodo non optent
 nisi cum ætate requisita, resolut Sel. *di. cap. 2. nume-*
ro 5. vbi ait sic fuisse decisum in Vennfren. 13. Martij
1603.
8. Archidiaconus, ad quem de consuetudine Ecclesiæ
 spectat absente Decano conuocare Capitulum, & in
 eo proponere, ac resolutiones accipere, id potest etiam
 si non sit in Sacris, cum iste sit actus iurisdictionis, qui
 competit Archidiacono etiam in Sacris non constitu-
 to, & ad Decanum non spectat ratione Ordinis, sed
 antiquitatis, & superioritatis, ita refert decisum Garc. *d.*
p. 3. cap. 4. num. 26.
9. Prælato Ecclesiæ collegiatae, etiam si sacris Ordinibus
 careat, præfidentiam, ac vocem in Capitulo competere,
 resoluunt Villar, *del patronado de Catalania. p. 7. §. 1. num. 15.*
 Raguc. *de voce canon. in Capitulo quast. 5. num. 3. et quast. 24.*
num. 3. Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap. 4. sub num. 26.* vbi
 subdit in illis non procedere hoc decretum, refero Ego
 ipse *d. tract. de Canon. cap. 37. num. 11.*
10. Decanis, Archidiaconis, seu Prioribus (licet possint
 conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac resolutiones
 accipere, etiam si in sacris constituti non sint, ut re-
 fert decisum Garc. *d. cap. 4. num. 26.*) non licere dare vo-
 cem in Capitulo stante dispositione Concilij in presenti,
 attestatur resolutum Garc. *in addit. ad d. cap. 4. sub num. 26.*
 pro ut refero *d. tract. de Canon. cap. 37. num. 11.*
11. Dispensatum à Papa in ætate pro obtinendo Cano-
 nicatu in Cathedrali vocem in Capitulo habere existi-
 mauit Sel. *d. cap. 2. num. 9.* attestans ita fuisse decisum
 in Reatina 10. Julij 1627, & in Montuspolitani 13. Ianua-
 rij 1629, & in S. Miniati 15. Septembris eiusdem anni,
 & harum decisionum memini *d. tract. de Canon. cap. 37.*
num. 13. vbi tamen subdidi ex Rot. Senen. *Archipresby-*
teratus 23. Iunii 1606. coram bonæ mem. Card. Lancelotto
ium. contrarium esse tenendum vbi dispensatio non
esset sufficiens.
12. Obtinentem ex legitimo titulo in eadem Ecclesia
 duas præbendas, vel præbendam, & Dignitatem, duas
 voces in Capitulo habere debere resoluunt Couarr. *lib.*
3. variar. cap. 13. num. 6. Hoied. *de incompat. benef. p. 1. cap.*
12. à numer. 15. & saltem stante consuetudine admittit
 Monet. *de distrib. quotid. p. 2. quast. 4. n. 14.* Rot. in *Orien-*
sen. Canonici. 11. Martij 1619. coram bonæ memoria Rem-
boldo.
13. In Subdiaconatus Ordine, &c.] Non sufficere quod
 quis Ordinem requisitum suscipiat ante legitimam æta-
 tem, ne videatur ex delicto suo assequi quod sine illo
 non fuisset assequutus, resoluunt Fr. Emmanuel *quast.*
Regular. tom. 3. quast. 23. art. 12. Hieron. Roder. in *compen-*
diu quast. regular. resolut. 15. num. 24.
14. Vocem in huiusmodi Ecclesijs, &c.] Activam scilicet,
 quæ simpliciter, & absolute vox dicitur, non autem pas-
 suam, ut per Garc. *in addit. ad d. p. 3. cap. 4. sub num. 15.*
 quem refero *d. tract. de Canon. cap. 16. num. 18.*
15. Si verò qui Dignitates, &c.] Vide Azor. *instit. moral. p.*
2. lib. 6. cap. 8. quast. 11. Fr. Emmanuel *quast. regular. tom. 2.*
quast. 51. art. 5. Zerol. in *praxi Episcopi. p. 1. verb. Canonici.*
 §. 2. Monet. *de distrib. quotidian. p. 2. quast. 19. num. 9.* Ni-
 col. Garc. *d. cap. 4. num. 10. cum multis segg. metipsum d.*
tract. de Canon. cap. 16. per totum.
16. Et comprehendere hoc decretum etiam beneficia,
 quæ Ordinem requirunt extra Ecclesiam Cathedralem,
 vel Collegiatam existentia, resoluunt Aloyf. Ricc. *d. re-*
sol. 486. num. 12. Nicol. Garc. *d. cap. 4. à num. 13.* et in *ad-*
dit. num. 15. refert decisum comprehendendi sub hoc decre-
 to Capellaniam requirentem certum Ordinem.
17. Capellaniam si requirit certum Ordinem compre-
 hendi sub hoc decreto, ut obtinentes beneficia tenean-
 tur intra annum suscipere Ordines requisitos, refert de-
 cisum Nicol. Garc. *in addition. ad d. cap. 4. num. 12.* & te-
 net Alex. Trentacinq. *const. 41. per tot.*
18. Capellania de iure patronatus laicorum, cui est iniun-
 ctum onus dicendi Missas personaliter, vel Euangelium,
 vel Epistolam cantandi, non potest conferri ei, qui non
 est illius ætatis, ut infra annum ad Ordines promoueri
 possit, idem si in fundatione dictum fuerit quod obti-
 nens esset Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus, ita re-
 fert decisum Garc. *in addit. ad p. 7. cap. 1. num. 99.*
19. Capellania est Sacerdotalis, ita ut possit conferri ei,
 qui intra annum valeat promoueri ad sacerdotium, si in
 eius fundatione dictum sit quod ad eam debeat presentari
 vnus Capellanus sive genere testatoris aliquis Presbyter inue-
 niatur, alias quicumque alius sic Sacerdos, qui Capellanus te-
 neatur facere singulis annis anniversarium pro anima testa-
 toris, & teneatur Missas, & alia diuina officia celebrare in ea-
 dem Capella iuxta facultatem, & possessionem fructuum, &
 reddituum. Ad decis. Mantica 129. vbi fit differentia in-
 ter Presbyterum & Sacerdotem, fuit dictum non appli-
 cari ad casum, cum illa loquatur de obferuantia subfe-
 quuta, in qua principaliter se fundat decisio, ita Sel. *d. c. 2.*
n. 20. attestans sic fuisse decisum in *Salernitana 11. Jan. 1620.*
 §. Iusto

20. *In suo impedimento cessasse.* Exemplificat Monet. de distribut. quotidian. p. 2. quest. 19. num. 3. cum gloss. verb. *in suo impedimento*, in cap. commissio. de elec. lib. 6. in infirmitate totius illius anni, vel si absens erat Episcopus, & commendatitiae litterae haberi non potuerunt, vel cum Episcopus ordinare noluit, aut denique addi posse sentit si absens fuit causa studiorum de licentia Episcopi. saltem quoad effectum vitandi alias poenas praeter amissionem dimidia distributionum. Ego ipse d. tract. de Canon. cap. 16. num. 11. Et refert Aloyf. Ricc. d. resol. 486. num. 6. poenam canonicam praescriptam his, qui ultra annum sacerdotum non perceperint, non habere locum in Rectore, qui intra annum a die adeptae possessionis, vel intra tempus legitime ei prorogatum comparuit, & se promoueri petijt, offerendo quantum in se erat, se paratum suscipere sacerdotium, & Ordines, & tamen Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam causam eum promouere noluit, & num. 8. asserit decisum, parochum si eo morbi genere teneatur, ut ad functionem sacerdotij, & res diuinas per se obeundas minime idoneus esse videatur, non teneri, durante dicto morbi genere se initiari facere.
21. *Intra annum, &c.* Computandum scilicet a die habitae possessionis, dummodo per prouisum non steterit quominus antea possessionem perceperit, ita Ego ipse d. tract. de Canonie. cap. 16. num. 7. ubi refert decisum in Veronen. 13. Septembris 1631.
22. *Alioquin poenas incurrant, &c.* Poenam priuationis dimidia partis distributionum, quam incurrunt Canonici, & alij intra annum requisitos Ordines non suscipientes, intelligendam de ijs dumtaxat distributionibus, quae proprie & strictè distributiones quotidianae dicuntur, ne-

pe quae datur ijs, qui horis, seu officijs ordinarijs intersunt, de quibus loquitur Clem. ut ij, de grate & qualis. non autem de extraordinarijs, distributionibus, quae datur pro funebribus, seu anniuersarijs defunctorum, & alijs huiusmodi, quae largè & generaliter distributiones dicuntur, resoluunt Monet. de distrib. quotid. p. 1. quest. 3. num. 12. nisi distributiones funeralium, seu anniuersariorum sint vnitae cum horis, Gare. in addit. ad d. p. 3. cap. 4. sub numer. 15. quem refert d. tract. de Canon. cap. 16. num. 13. ubi num. 14. resoluo poenam praesatam priuationis dimidia partis distributionum intrare, quamuis reliqua dimidia, quae superest, non sufficiat ad sustentationem, & numer. 15. etiam quamuis iste non promotus inter sit diuinis, & officium recitet.

Non promotum infra annum ad requisitos Ordines posse alijs poenis quam priuationis puniri, colligitur ex d. Clem. ut ij, & decisum fuisse testatur Gare. d. p. 3. cap. 4. num. 16. quem refert d. cap. 16. num. 20. ubi subdo priuationem non incurrri ipso iure, & non licere Episcopo ad huiusmodi priuationem procedere absque solemnitate a Concilio requisita.

An verò, & quando, & sub quibus poenis teneantur parochi suscipere sacerdotium infra annum a sibi commissi regimini tempore numerandum, dixi latè de officio, & potest. Parochi cap. 5. per tot.

Nec alijs in posterum fiat prouisio, &c. Vide Nauarr. consil. 45. in antiq. alias consil. 10. in nouis, sub titul. de temporibus ordin. & consil. 2. alias 8. de praebend. Paul. Commot. respons. moral. libro 6. questione 64. numero 2. Lessi. de iustis. libro 2. cap. 34. dub. 24. in fine. Homoboni. de Bonis de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 1. cap. 9. quest. 51.

Dispensationes committe de extra Curiam Rom. ab Ordinarijs videantur, nec gratiosae effectum habeant, nisi Episcopus cognouerit summarie.

C A P V T V.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Dispensationes, seu commutationes vltimarum voluntatum committi possunt Abbatibus, & alijs Prelatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem.
- 3 Dispensationes matrimoniales quando inferioribus possint committi.
- 4 Dispensationes matrimoniales Priori sunt committende si Prioratus sit nullius diocesis.
- 5 Dispensationes matrimoniales, & litterae in forma Dignum sunt committende illi, cui mandata est iurisdicctio, visitatio, &c.
- 6 Taciturnitas veri, & expressio falsi an & quando vitiet gratiam.
- 7 Ordinarius, qui debet cognoscere extra iudicialiter an dispensatio careat vitio surreptionis, tenetur citare partem.

Dispensationes, quacumque auctoritate concedendae, si extra Romanam curiam committendae erunt, a committantur ordinarijs, illorum, qui eas impetrauerint, ea verò quae gratiosè concedentur, suum non fortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tanquam delegatis Apostolicis, summarie tantum, & extra iudicialiter cognoscatur, & expressas preces surreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere.

1. **V**ide Seraphin. decis. 1072. Fernandez in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 16. §. 3. num. 11. Franc. Leon. in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. 49. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 7. num. 30. cum seqq. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. part. 4. decis. 35. & Committantur Ordinarijs, &c. Etiam Abbatibus, & alijs Prelatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, ac proprium districtum, committendas esse dispensationes, seu commutationes vltimarum voluntatum, quas eorum subditi a Sede Apostol. impetrant, resoluunt Gare. de benefice. part. 9. cap. 2. num. 147. Flores de Medina var. libro 3. quest. 24. num. 22. Monet. dicit. cap. 7. num. 34. ubi num. 44. testatur styllum Curiae nunc habere ut huiusmodi commissiones nunquam hinc Prelatis, aut eorum vicarijs, sed Ordinarijs locorum, aut ijs deficientibus fiat Episcopis, seu Ordinarijs vicinioribus. Intellige tunc de eorum huiusmodi dispensationes posse committi inferioribus Ordinarijs quando sunt nullius diocesis, & habet

quasi Episcopalem iurisdictionem, Coccin. decis. 346. quam ad litteram refert Modern. de supplicat. ad sanctiss. part. 2. cap. 4. num. 35.

Dispensationes matrimoniales, & aliae quaecumque quae subditis inferiorum Episcopis a Sede Apost. conceduntur, si eas extra Romanam curiam committi contigerit, & illi inferiores nullius diocesis existant, & iurisdictionem quasi Episcopalem habeant, eisdem inferioribus, non autem vicinioribus Episcopis sunt committendae, ita refert decisum Nicol. Gare. d. p. 9. c. 2. num. 142.

Dispensationes matrimoniales, & aliae huiusmodi Priori sunt committendae, si Prioratus sit nullius diocesis, & quasi Episcopalem iurisdictionem habeat, ita refert decisum Nicol. Gare. d. part. 9. cap. 7. num. 144.

Dispensationes matrimoniales, & litterae in forma Dignum sunt committendae illi, cui mandata est iurisdictione, visitatio, correctio, & superioritas, etiam quoad institutionem, praesentationem, & nominationem,

ita refert decifum Garc. *diſt. part. 9. cap. 2. numero 145.*
 β *Exprefſas preces ſubreptionis, &c.] An & quan-*
do taciturnitas veri, aut exprefſio falſi vitiet gratiam?
 vide late Monet. *diſt. tract. de commutat. vltim. volunt.*
cap. 6. num. 114. cum multis ſeqq.

Ordinarius, qui ex vi Concilij in præſenti de-
 bet cognoscere extraiudicialiter, an diſpenſatio ca-
 reat vito ſubreptionis, & obreptionis, teneri ci-
 tare partem, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in præſi aucto. re-*
ſol. 50.

Vltima voluntates circumſpectè commutandæ.

C A P V T V I.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Cauſa iuſta, & neceſſaria copulatiuè requiritur ad commutationem vltimarum voluntatum.
- 3 Pecunia legata ad aliquem vſum quando non ſufficit, poteſt Epifcopus commutare.
- 4 Vſus legatus quando non poteſt adimpleri, Epifcopus conuertit in alium pium vſum.
- 5 Monafterium quando in certo loco teſtatoris iuſſu conſtrui non poteſt, tunc Epifcopus vt alibi conſtruat effecere poteſt.
- 6 Legatum quando eſſet factum ad vnum vſum non ita neceſſarium, tunc poteſt Epifcopus in alium

vſum pium eidem Eccleſia magis neceſſarium commutare.

- 7 Epifcopus pro vna tantùm vice, & ad tempus poteſt cum conſenſu hæredis voluntatem deſuncti alterare.
- 8 Epifcopus poteſt in alio loco teſtatoris exequi voluntatem, quando Eccleſia, ad cuius fauorem illa emanauit, negligens eſt.
- 9 Epifcopus poteſt commutare deſunctorum voluntates ſi urgeat aliunde neceſſitas commutandi, neque adiri poteſt Papa.
- 10 Cardinales, Abbates, Vicarius Epifcopi, Capitulum Sede vacante an poſſint commutare.

4 Inſtâ ſeſſ. vltim. de re- form. c. 4.

IN commutationibus vltimarum voluntatum, a quæ non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent, β Epifcopi, tanquam Legati Sedis Apoſtolicæ, γ ſummariè & extraiudicialiter cognoscant, nihil in pre-
 cibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſe narratum, priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur.

1. **V**ide cap. tua vobis 17. §. cum igitur, vbi Cou. de teſtam. Nauarr. *in man. c. 27. num. 38.* Suar. de Paz *in præxi tom. 2. præl. 2. num. 45.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 1. rub. num. 24.* Fr. Emman. *quaſt. regul. tom. 2. quaſt. 125. art. 9.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 3. collect. 558.* & *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 171. part. 4.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 2. num. 50.* Mari. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. vlt. caſu 40.* late Monet. *in tract. de commut. vlt. volunt. cap. 5. cum tribus ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epifcopi part. 3. alleg. 83.* Valenzuel. *conſ. 130. num. 54. tom. 2.* Perez de Lara *de anniuers. & Capell. lib. 1. cap. 14.* Gabr. Pereira *de manu Regiæ part. 1. c. 16.* Mich. de Reinoſo *in obſeruat. iuris, obſeruat. 7.* Ciardin. *controu. foranſ. cap. 5. num. 16. cum ſeq.* Franc. Carpan. *de execut. teſtament. lib. 3. cap. 4. num. 4. cum ſeqq.*
2. **Q**ue non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa, &c.] Ergo vtrumque copulatiuè requiri ad cauſam huiusmodi commutationum, quod nimirum ſimul ſit iuſta & neceſſaria, ex hoc loco colligit Monet. *d. tract. de commut. vltim. volunt. c. 6. num. 86. cum ſeqq.* & *num. 110.* aperte docet quamlibet de per ſe ſufficere, reſpondens vt cum ſit commutatio ex cauſa neceſſaria, illa neceſſitas iuſta, hoc eſt, non iniuſta eſſe debeat, vel potiùs illa vt cauſa commutationis non ſolum poſſit eſſe neceſſaria, ſed & quauis alia iuſta, hoc eſt, probabilis, ſeu rationalis.
3. **I**nter iuſtas cauſas, ob quas Epifcopus vltimas deſunctorum voluntates commutare poteſt, illa prima eſt, quando pecunia legata ad aliquem vſum non ſufficeret, quia tunc in alium vſum per Epifcopum conuertiri poſſe, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect. 558. verſ. tertiu cauſa.* Bertach. *in tract. de Epifcopo lib. 4. part. 4. num. 71.* Roch. de Curte *de inrepar. verb. conſtruat. q. 11.* Lambert. *in ſimili tract. lib. 1. part. 1. q. 4. art. 12.* Monet. *d. cap. 5. num. 330.* Ego ipſe *d. alleg. 83. num. 7.* Perez de Lara *d. lib. 1. cap. 14. num. 9.*
4. **S**ecunda cauſa eſt, quando vſus legatus non poteſt adimpleri, tunc enim Epifcopum poſſe quæcunque legata pia in alios pios vſus conuertere, reſoluit Guido-pap. *deciſ. 556.* Aloyſ. Ricc. *d. collect. 558. verſ. prima.* Monet. *d. cap. 5. num. 322.* Perez de Lara *d. lib. 1. cap. 14. num. 27. cum ſeqq.* Molin. *d. tract. 1. diſput. 249. num. 7.* Franc. Carp. *d. lib. 3. cap. 4. num. 21.* Ego ipſe *d. alleg. 83. num. 8.* Veluti ſtante difficultate executionis, quia tunc poterit

Epifcopus relictum pium in alio pio opere erogare, veluti ſi anniuersarium relinquatur pro Miſſis cantandis, quæ tunc temporis cantari non poſſunt propter interdictionem, nam poterit relictum in aliud opus pium conuertiri. Vel ſi iubeat anniuersarij Miſſas celebrari hora vndecima quotidie, poterit iubere quòd tempore veris, & æſtatis celebretur anteriori hora; ita Perez de Lara *de anniuersar. & Capell. lib. 2. c. 10. num. 24. cum ſeqq.* vbi num. 27. aduertit quòd quando propter impedimentum, ſeu difficultatem anniuersarium non poteſt impleri in ſpecifica forma, ſed debet neceſſariò conuertiri in alium pium vſum arbitrio Superioris, ſi teſtator prouiderit quid faciendum ſit, illud eſt obſeruandum.

Tertia cauſa eſt, ſi monafterium in certo loco teſtatoris iuſſu conſtrui non poteſt, tunc enim Epifcopum, vt alibi conſtruat, effecere poſſe, tenent Gambr. *de officio, & poteſt. Legati à latere, lib. 6. à num. 223.* Aloyſ. Ricc. *diſt. collect. an. 558. in fine.* Ego ipſe *d. alleg. 83. num. 10.* Molin. *d. tract. 2. diſput. 249. num. 7. verſ. vnde.* Franc. Carp. *d. lib. 1. cap. 22. num. 11.*

Quarta cauſa eſt, quando legatum eſſet factum ad vnum vſum non ita neceſſarium, quia tunc poſſe Epifcopum in alium vſum pium eidem Eccleſiæ magis neceſſarium commutare, aſſerit Aloyſ. Ricc. *d. collect. 1270. verſ. limita ſexto.* Marc. Anton. Genuenſ. *in præxi Archiep. Neapol. cap. 19. in vltim. impreſſ. & in præxi. Eccleſ. quaſt. 213.* Vgol. *de officio Epifcopi, cap. 61. num. 5.* Mart. *de iuriſdicit. part. 4. caſu 74. num. 10. & 11.* Monet. *d. cap. 5. num. 354.* Ego ipſe *d. alleg. 83. num. 12.* Vnde Gullielm. Benedict. *in cap. Raynurius, verb. reliquit num. 17. de teſtament. quem reſert & ſequitur Perez de Lara d. lib. 1. c. 10. num. 29.* tenet quòd ſi teſtator reliquit viginu annuatim pro anniuersario celebrando in Eccleſia, quæ indiget reparatione, nec ſit aliunde vnde reparari poſſit, tunc de auctoritate Epifcopi, & eius licentia, poterit illa pecunia conuertiri in Eccleſiæ reparatione per aliquod tempus; & idem Perez de Lara *citato loco num. 30.* ait quòd ſi relinquatur pecunia pro conſtruenda capella, vbi ſunt aliæ plures ad ſufficientiam, & Eccleſia indigeret reparatione, tunc poteſt conſumi pecunia in reparatione, & idem dicit ſi relinquatur pecunia pro ædificanda Eccleſia in ciuitate, vbi ſunt plures Eccleſiæ ruinoſæ, & egentes reparatione, nec ſit vnde ſubueniri, aut prouideri poſſit, quia

quia tunc auctoritate Episcopi poterit illa pecunia con-
verti in reparatione antiquarum Ecclesiarum, & num. 37.
addit quod si hoc fiat Episcopo auctorante, debeat fieri
prævia causa cognitione, & quod apud acta constet de
utilitate: si tamen à Romano Pont. sufficit sola volun-
tas, & infert ad eum casum, quo relinquitur pecunia Ec-
clesiæ ad ornamenta, quibus ipsa abundabat, cum egeret
salario Rectoris, & dicit Episcopi auctoritate posse fieri
conversionem, & alterationem, facta prius solemniter in-
quisitione utilitatis, saltem summaria.

7. Quinta causa est, quando pro vna tantum vice, &
ad tempus commutatio faciendæ esset, tunc enim pos-
set Episcopum cum consensu hæredis voluntatem de-
functi alterare, tradunt Mari. Socin. in tract. de oblat. libel.
num. 19. Cuch. institut. maior. lib. 2. tit. 9. num. 61. Vgolin. d. c.
62. num. 7. citati à Gutier. consil. 1. num. 19. qui contrarium
tenet. Monet. d. cap. 5. num. 332. Marc. Anton. Genu. d. cap.
19. num. 5. Diana moral. resol. part. 2. tract. 3. miscel. resol. 26.
vers. aliqui Doctores, Aloyf. Ricc. d. collect. 558 vers. quinta.
Ego ipse d. allegat. 83. num. 14. vbi post Nicol. Garc. aduer-
tunt hoc non posse procedere attenda dispositione Concil.
Trid. sess. 25. de reformat. cap. 5. quod prohibet Episcopis

tollere etiam cum consensu patroni qualitates in fun-
datione beneficiorum appositas.

Sexta causa est, quando Ecclesiæ, ad cuius fauorem
emanavit defuncti voluntas, negligens est, data enim
huiusmodi negligentia posse Episcopum in alio loco, seu
alio modo testatoris exequi voluntatem, dicunt Lap. al-
leg. 87. post num. 4. Monet. d. cap. 5. num. 335.

Septima causa est, si urgeat aliunde necessitas com-
mutandi vltimas defunctorum voluntates, neque adiri
possit summus Pontif. tunc enim posse Episcopum il-
lam commutare multis probat Monet. d. cap. 5. à num.
348. vbi num. 352. amphiat procedere, quamuis tunc pa-
teat recursus ad Nunciu Sedis Apost. seu Legatum
etiam de latere.

¶ Episcopi.] An & quando Episcopus respectu subdi-
torum Prælati inferioribus suæ diocesis possit defun-
ctorum voluntates commutare? vide Monet. d. c. 5. à nu.
382. & precipue à n. 389. Et de Cardinalibus in suis titulis,
Abbatibus, Vicario, Episcopis, & Capitulo Sede vacante,
nucupatum agit idem Monet. d. c. 5. n. 427. 452. 453. & 484.
7 Summarie & extrajudicialiter cognoscant. Ita Perez de
Lara d. lib. 1. c. 10. num. 36.

In appellationibus, &c. seruetur tenor cap. Romana,
de appellat. in 6.

C A P V T VII.

1 Doctores de materia huius cap. agentes.

2 Cap. Romana, seruetur etiam in appellationibus ad
Sedem Apost. interpositis.

3 Auditores Legatorum, aliique iudices Apost. de-
bent seruare hoc decretum.

Legati, & Nuncij Apostolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitanus in appellationibus ad eos in-
terpositis, in quibusvis causis, tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibi-
tionibus post appellationem, seruare teneantur formam & tenorem sacrarum constitutionum,
& præsertim Innocentij quarti quæ incipit, Romana, quacumque consuetudine, etiam immemorabili,
aut stylo, vel priuilegio, in contrarium non obstantibus: a aliter inhibitiones, & processus, & inde secuta
quacumque sint ipso iure nulla.

4 In Concil.
Lugdun.
6 Cap. Ro-
mana de
app. in 6.

1. **V**ide Lancell. de attent. part. 2. cap. 20. in præfat. quest. 5.
num. 165. Soar. de Pace in præfat. tom. 2. part. 5. cap. uni-
co. num. 4. ad fin. & num. 14. ad fin. Quarant. in summa Bullar.
rij. verb. Archiepiscopi auctoritas. num. 13. vbi ait quod à sub-
ditis Episcopi suffraganei appellatur ad Archiepiscopum,
Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 2. cap. 11. num.
13. Gabr. Pereira de Castro de Manu Regia part. 1. cap. 10.
num. 9. Sigism. Scacc. de appellat. q. 8. nu. 52. cum segg. no-
uissime Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo
iure desumptas, & per Concil. Trident. innovatas, constit. 7. pag.
57. vbi innovatur cap. Romana, de appellat. lib. 6. per decre-
tum Concilij in præfati latè Salgado de process. regia, to.
1. part. 2. cap. 10. num. 19. cum sequentibus. & de supplicat. ad
sanctissim. p. 2. c. 31. à num. 8. Mart. in compilat. decis. tom. 1. tit.
de inhib. cap. 10. num. 11. metipsum in col. lectam ad cap. Ro-
mana, de appellat. in 6. Ea in parte qua reperitur d. cap. Ro-
mana à Synodo Tridentina innovatum, ac denno confir-
matum, voluit per Superiores Prælatos, ad quos ap-
pellatur, non recipi neque admitti appellationes, nisi
constiterit ex causa probabili appellatum esse; & quod
isdem Superiores inhibitiones contra iudices inferiores,
à quibus appellatum est, concedere non debeant, nisi
ipsis prius de deuolutione constiterit, vt refert Stephan.
VVeyms d. loco num. 1. vbi num. 2. affirmat satis expressisse
Synodum Trident. qui sint intelligendi Superiores
eiusmodi, cum Concilium Lugdunen. de solo Archiepi-
scopo Romensi disposuisset, designauit enim Legatos,
& Nuncios Apost. Patriarchas, Primates, & Archiepi-
scopos Metropolitanos tanquam eos, ad quos frequen-
tius interponi solent appellationes; & iam vidimus in
nostro Tribunali Nunciaturæ Hispaniæ de expresso mæ-
dato Illustrissimi & Reuerendissimi D. D. Cesaris Fa-
chenetti Nuncij Apost. cum potestate Legati de latere
Barbof in Collect. in Concil. Trid.

dispositionem d. cap. Romana obseruari, cum antea in de-
fectum apud nos abiisset si eius literas strictè acce-
damus, nam dicebant aliqui necessitatem istam ex-
primendæ causæ non videri impositam Iudici superiori, ad
quem appellatum est, sed parti appellanti, vt appella-
tionis suæ causam legitimam debeat exprimeret, non so-
lùm in appellando apud iudicem à quo appellat, sed etiã
in prosecutione appellationis apud iudicem ad quem,
dum appellationem suam introducit; alioquin Superior
causam recipere non debeat, neque alteri illam com-
mittere; in quo latet minus periculi alicuius dedecoris
quoad iudicem superiorem, si postea forte causa præte-
rata inueniatur minus legitima: quandoquidem hoc ca-
su, seu sensu non teneatur Superior recipiendo appella-
tionem pressius inquirere, an interposita fuerit ex causa
probabili; indeque fiet vt etiam pars citata, possit libe-
rius contra causam expressam excipere: atque ita suffi-
ciet si Superior in suis literis citatorijs expresserit gene-
ralem dumtaxat causam interpositæ appellationis, quia
tenebitur citatus necessariò comparere, etiam si aliud
nihil fuerit expressum in citatione, quam quod vocetur
ob appellationem interpositam. Maxime cum satis sit
parti appellatæ sibi deinde adhuc superesse facultatem
allegandi apud Superiorem causam non fuisse deuolu-
tam, neque deuolui potuisse, eo quod appellatio mani-
feste erit iniusta, vel iniusta. Quæ interpretatio Innocen-
tiana constitutionis tametsi restrictiua sit, in vtu tamen
forensi maxime recepta est, nimirum vt iudex superior
in citatione aliud plerumque non exprimat, quam quod
ad se fuerit prouocatum, quæ sufficit quod ipse deinde
in progressu causæ possit plenius cognoscere de allegata
appellationis causâ, an probabilis, an improbabili fuerit.
Hactenus Stephan. VVeyms citato loco.

2. Cap. Romana, de appellat. in 6. seruari debere etiam in appellationibus ad Sedem Apost. interpositis, refert decretum Sel. in select. canon. cap. 23. num. 13. Stephan. VVeyms d. loco num. 4. in fine.
3. Auditores Legatorum, aliosque iudices Apost. à Legatis, & Nuncijs delegatos, quibus iuxta facultatem illis concessam committunt audirendas, & cognoscendas causas appellationum ab Ordinarijs ad Sedem Apost.

interpositarum, debere seruari hoc decretum Concil. super inhibitionibus; iuxta formam cap. Romana, de appellat. in 6. decernendis, dicit resolutum Sel. d. cap. 23. num. 13.

a. Aliter inhibitiones, &c.] De non facile relaxandis inhibitionibus contra iudices inferiores, à quibus prouocatum est, agit latè Stephan. VVeyms d. loco num. 10. cum seqq. pag. 63. & 64.

Episcopi plenissime videant pias omnes dispositiones quorumcunque Collegiorum, & hospitalium, exceptis ijs, quæ sunt sub immediata Regum protectione, non obstantibus, &c.

C A P V T VIII.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Non prohibet quin & iudices seculares visitare possint hospitalia si hoc eis aliàs legitime competat.
- 3 Ordinarius non potest hospitale visitare, si dictu sit quòd non possit se intrromittere in eius visitatione.
- 4 Ordinarius in dubio potest ab administratoribus hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere.
- 5 Ordinarius potest visitare hospitale priuatum & corrigere, ac reformare in ijs tantum, quæ ad obseruandam voluntatem fundatoris pertinent.
- 6 Hospitalia etiam unita debent ab Ordinarijs visitari.
- 7 Visitare potest Episcopus hospitalia, & pia loca etiam si sint priuata laicorum.
- 8 Exequutio aduersus administratores hospitalium ad Ordinarium spectat.
- 9 Episcopus potest animaduertere in Rectores hospitalium, qui non versantur vt oportet in administratione, non obstante quacunque exemptione.
- 10 Hoc decretum extra visitationem locum non habet.
- 11 Episcopi curare debent vt hospitalia à suis administratoribus quomodolibet exemptis fideliter administrantur.
- 12 Visitare potest Archiepiscopus Collegium Firmatum Martiale.
- 13 Collegium scholarium sub gubernio ciuium iurisdictioni Episcopi subiacet si scholares in eo debeant initiari clericali charactere.
- 14 Fundator potest excludere Ordinarium ab administratione capellaniarum.
- 15 Hospitalia administrata à Fratibus B. Ioannis Dei non sunt exempta à iurisdictione Ordinarij.
- 16 Abbates habentes quasi Episcopalem iurisdictionem.
- 17 Capitulum Sede vacante.
- 18 Visitare potest Episcopus locum nullius diocesis quatenus intra sua diocesis fines situm sit.
- 19 Legatus potest cumulatiue visitare Ecclesias exemptas, quas possint Ordinarij ex decretis Concilij.
- 20 Visitare non possunt Ordinarij in Ecclesijs Regularium etiam sanctissimum Sacramentum.
- 21 Altaria, & capellas in Regularium Ecclesijs etiam per seculares confraternitates constructa visitare non potest Episcopus.
- 22 Collegia quacunque visitare potest Episcopus.
- 23 Confraternitates auctoritate Pape, seu Episcopi instituta ab Episcopo vt pia loca visitari possunt.
- 24 Confraternitates personarum secularium in Ecclesijs Regularium exemptorum existentes Episcopus visitare potest; sed an earum capellas ostenditur.
- 25 Visitare potest Episcopus hospitalia, & beneficia commendata in Ecclesijs Regularium existentia, in quibus non viget Regularis obseruantia.
- 26 Visitare potest Episcopus Confraternitatem existentem in Ecclesia Monachorum Montis Virginis.
- 27 Hospitalia quæ sunt sub immediata Regum protectione visitare non potest Episcopus.
- 28 Hospitalia quæ expressè reperiuntur sub immediata Regum protectione comprehenduntur tantum sub nomine talium hospitalium.
- 29 Episcopus cognoscat de exceptione quòd hospitale sub immediata Regum protectione existat.
- 30 Ordinarij iurisdictioni non fuit derogatum per hoc decretum.
- 31 Loca destinata ad pauperes sustentandos visitare potest Episcopus.
- 32 Episcopus compellere potest laicum ad exequutionem piorum legatorum.
- 33 Exequutio administrationis piarum dispositionum non impeditur, nec suspenditur per appellationem.
- 34 Intelligitur de consuetudine post Concil. sciente & patiente Episcopo introducta.

a Clement. quia contingit de relig. domibus.

Episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, in casibus à iure concessis omnium piarum dispositionum, tam in vltima voluntate, quam inter viuos, sint executores, habeant ius visitandi hospitalia, & collegia quacunque, ac 7. confraternitates laicorum, & etiam quas scholas, siue quocumque alio nomine vocant, & non tamen, quæ sub regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia elemosynas Montis Pietatis, siue Charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiam si predictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio sint munita, ac omnia quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos, instituta sunt, ipsi ex officio b iuxta sacrorum canonum statuta, & cognoscant, & exequantur, & non obstantibus, & quacunque consuetudine, etiam immemorabili, priuilegio, aut statuto.

b Cap. tua & cap. Ioannes, de testa.

Vide

1. **V**ide Tiraq. de privileg. pia causa, privileg. 149. Gutier. pract. lib. 1. quest. 45. num. 1. cum seqq. Azced. d. 3. nu. 9. tit. 14. lib. 8. noua recop. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 13. à num. 21. Azor. in sit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 40. q. 10. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. hospitale §. 3. latè Perez de Lara de annuers. & Capellan. lib. 2. q. 1. Gabr. Pereira de Manu Regia p. 1. e. 17. Piafec. in simili praxi, part. 2. cap. 3. num. 33. Salaz. de usu & consuet. cap. 8. num. 20. Mart. de iurisd. part. 2. cap. 18. per tot. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. ult. Vgolin. de officio Episcopi cap. 24. §. 1. num. 3. vers. visitare. Cened. pract. & canon. quest. lib. 2. quest. 22. à num. 14. Aloyf. Ricc. in decis. curia Archiep. Neapol. part. 4. decis. 209. Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 2. tit. 8. Sel. in select. canon. cap. 22. metiupum de officio, & potest. Episcopi, part. 3. allegat. 75. Valenzuel. conf. 87. num. 19. Stephan. VVeims in constitutiones 24. ex antiquo iure de sumptis, & per Concil. Trident. innotat. conf. 16. num. 8. cum seqq. pag. 64. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 11. Ciardin. controu. forens. lib. 1. c. 65. num. 1.
2. Decretum Concilij in presenti quatenus concedit facultatem Episcopis visitandi hospitalia, & cetera pia loca, non prohibere, quin & iudices seculares eadem visitare possint, si hoc eis aliàs legitimè competat, refert decifum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 6. de visitat. num. 65. quem refero d. alleg. 75. num. 15. Stephan. VVeims d. loco num. 10.
3. Si in fundatione hospitalis sit dictum quòd Ordinarius nò possit se intromittere in eius visitatione, an possit illud visitare, vide Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 66. Rot. decis. 33. in princip. part. 3. recent. vbi fuit dictum posse Episcopum visitare, nisi aliter cautum sit in institutione. Franc. Carp. de executor. testam. lib. 1. cap. 22. num. 65. Alzed. de Episcopo part. 2. cap. 2. num. 56. Alphons. de Leone de officio Capellani q. 5. sect. 12. à num. 203. Perez de Lara de Capellan. & annuers. lib. 2. cap. 1. à num. 16. Diana moral. resol. part. 1. tract. 2. resol. 83. in princ. vbi tenet nihilominus posse Episcopum visitare, nisi Episcopus in fundatione consensuat, quòd ab eius eximatur visitatione.
4. In dubio posse Ordinarium ab administratoribus hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram ipso doctum fuerit de institutione, in qua secus expresse cautum sit, refert decifum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de hospitalibus num. 5.
5. Ordinarium posse visitare hospitale priuatum, & corrigere, & reformare in ijs tantum, quæ ad obseruandam voluntatem fundatorum pertinent, & ex decreto cap. seq. habere exigendi rationem ab administratoribus ipsius hospitalis, vnà tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est, refert decifum Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 67.
6. Hospitalia etiam vnita, in quibus Ecclesiæ sunt, vbi assidue diuina officia celebrantur, & bona eorum non sunt distincta, debere ab Ordinarijs visitari, refert decifum Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 69.
7. Episcopum visitare posse omnia hospitalia, & pia loca quocunq. nomine nuncupentur, etiam si sint priuata laicorum, & corrigere, & reformare in casibus à iure concessis, scilicet ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vtque testatoris voluntas seruetur, referunt decifum Marta de iurisd. part. 2. cap. 18. num. 5. Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 74. Ego ipse d. alleg. 75. num. 11. Stephan. VVeims d. conf. 16. num. 9. vbi cum Renato Chopino aduertit Synodum in hoc nouam potestatem Episcopis non attribuere, quia & olim similibus piorum locorum curam Episcopi, Ecclesiasticisq. relictam fuisse, num. 12. refert sacram Congregationem censuisse Episcopos cumulatiue constitutos esse executores cum alijs quibuscumque inferioribus piarum dispositionum executoribus, & iuxta hanc distinctionem sunt intelligenda que dicit Gabr. Pereira de Manu Regia p. 1. cap. 17. num. 7. dum resolut quòd quando hospitale, Confraternitas, seu albergaria constructa est per laicos, & ab ipsis administratur, omnis visitatio, & rationum petitio ad laicos Magistratus spectat, vt procedant non priuatiue, sed cumulatiue cù Episcopo, & ideo bene n. seq. ait quòd in his, Barbof. Collect. in Concil. Trid.

que auctoritate Prælatorum erecta sunt, ad ipsos Prælatos priuatiue spectat visitatio.

8. Exequutionem aduersus administratores hospitalium condemnatos iuxta hoc decretum, siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue vnà cum alijs deputatis, ad ipsum Ordinarium spectare, refert decifum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 29. lib. 1. §. 2. de hospital. num. 4.

9. Animaduertere autem posse Episcopum in Rectores hospitalium, leprofariorum, eleemosynarum, & xenodochiorum, qui negligunt, seu non versantur vt oportet in administratione, non obstante quacunque exemptione, Clement. quia contingit, de relig. domibus. Erasim. à Cochier de iurisd. ordinari. in exemptos, part. 2. quest. 45. num. 79. Ego ipse d. alleg. 75. num. 12.

10. Decretum Concilij in presenti extra visitationem locum non habere in casibus etiam à iure non concessis, dicit resolutum Armendar. d. §. 2. de hospital. num. 7.

11. Quia curare debent Episcopi vt hospitalia à suis administratoribus quomodolibet exemptis diligenter ac fideliter administrantur, & gubernentur, dubium non est quin illorum visitationem instituere debeant, vt per illam cognoscere possint, quæ facere debeant administratores hospitalium, & Confraternitatum, sicut refert decifum Armendar. d. §. 2. de hospitalibus num. 12.

12. Visitare potest Archiepiscopus Collegium scholarium Firmanum, Martiale nuncupatum, fundatum quidem, & dotatum à Canonico Martiali, sed pratendente communitate, sub cuius gubernio regitur, à se fuisse fundatum, quia super hæreditate dicti Canonici deuoluta ad Cameram Apost. ratione spolij se composuit, & ex illiusmet bonis fundauit Collegium, ita Sel. in select. Canon. cap. 22. num. 3. attestans sic fuisse resolutum in Firmana 13. Iulij 1630.

13. Collegium scholarium fundatum sub gubernio, & administratione ciuium, cum conditione, inter alias, vt scholares debeant initiari clericali caractere, iurisdictioni Episcopi subiacet, & potest per ipsum visitari, Sel. d. cap. 22. num. 4. dicens sic fuisse decifum in Firmana 17. Augusti 1630.

14. Fundator ab administratione, cura, & visitatione capellanarum perpetuarum etiam collatiuarum excludere potest Ordinarium, nisi in casu negligentia, ita declarasse Paulum V. refert Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 98.

15. Hospitalia administrata à Fratribus B. Ioannis Dei non sunt exempta à iurisdictione Ordinarij, nisi solum quoad Regularem obseruantiam, Sel. d. cap. 22. num. 5. vbi refert ita decifum in Auellina 12. Ianuarij 1630.

16. a. Episcopi. Idem posse Abbates habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, resoluunt Flores de Mena var. quest. lib. 2. q. 24. nu. 22. Aloyf. Ricc. in praxi auroa resol. 303.

17. Idem quoque posse Capitulum Sede vacante post Matien. & Molin. Theologum, resolut Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 10.

18. Visitare potest Episcopus locum nullius diocesis quatenus intra suæ diocesis fines situm esse constat, ac per eundem dimissorias concedere, Ordinesque conferre debent, dum autem intra cuius diocesis fines existat, non appareat, per Ordinarium viciniorem prefata adimplenda sunt, Aldan. d. lib. 2. tit. 8. nu. 3. vbi testatur ita decidisse S. Congreg. Episcop. & Regul. in nullius Rutiliani Conuersan. diocesis 9. Septembris 1616.

19. Legatus potest cumulatiue visitare Ecclesias exemptas, quas possunt Ordinarij ex decretis Concilij, Sel. d. cap. 22. num. 7. referens ita resolutum ad fauorem Cardinalis de Lotharingia 16. Ianuarij 1597.

20. Visitare non posse Ordinarios in Ecclesijs Regularium, etiam Sanctissimum Sacramentum, tenet Sel. d. cap. 22. num. 8. attestans sic censuisse S. Congreg. Episcop. & Regul. in Nicoteren. de anno 1593.

21. Episcopum non posse visitare Altaria, & Capellas in Regularum Ecclesijs, etiam per seculares confraternitates constructa, firmavit Aldan. d. tit. 8. num. 4. dicens sic decidisse eand. S. Congreg. Episcop. & Regul. in Papien. 21. Augusti 1615. & in Terracinen. 22. Ianuar. 1616.

21. *¶ Collegia quacunq[ue].* Vide Garc. *de benef. p. 5. cap. 1. num. 612. metipsum d. allegat. 75. num. 21.*
23. *¶ Confraternitates laicorum.* Eas enim auctoritate Romani Pont. seu Episcopi institutas ab Episcopo ut pia loca visitari posse resoluunt Perez *d. 3. num. 9. tit. 14. lib. 3. Ordin. Annib. Roch. in tract. de visitat. in gloss. verb. laicorum.* Carol. de Grass. *de effectibus cleric. effectus 1. num. 69. Ego ipse d. alleg. 75. num. 23.*
24. Confraternitates personarum secularium in Ecclesijs Regularium exemptorum existentes Episcopum posse visitare, non tamen earum capellas, vel Altaria, quae intra eandem Ecclesiam existunt, referunt decem Galei, in margarita casuum conscient. *verb. Episcopus pen. Armendar. d. §. 2. de hospitalibus num. 14. & 15. Marc Anton. Genueni. in praxi Archiep. Neapol. cap. 21. in princ. Vgolin. de officio Episcopi. p. 2. c. 49. §. 5. num. 2. Ciardin. d. e. 65. num. 6. Aldan. d. tit. 8. num. 5. asserens sic decidisse S. Congr. Episcopi & Regul. in Papien. 21. Augusti 1615. & in Torrinen. 22. Ianuarij 1616. Ego ipse d. alleg. 75. num. 13. ubi intelligo quoad administrationem tantum, transcripsit me non citato Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiepiscopi. Neapol. decis. 209. num. 8. part. 4. Sed postea inveni Sel. d. e. 22. num. 10. tenuisse Confraternitates laicorum in Ecclesijs Regularium exemptorum institutas subesse iurisdictioni, & visitationi Episcopi, atque ab eo visitari posse ne dum illas Confraternitates, sed etiam capellas ipsarum in ipsidem Ecclesijs Regularium existentes, in his tamen quae Confraternitatum administrationem respiciunt, & intelligit sacrae Congregationis Episcoporum & Regularium decisiones, & praecipue in Ostien. 2. Octobr. 1616. quatenus quoad capellas fecus sensisse videntur, intelligendas circa ea, quae non Confraternitatum administrationem, sed potius Regularium respiciunt. Vtrum autem Episcopi se intrinsece possint in visitatione Confraternitatum, quae in Ecclesijs Militiarum, seu Ordinum construuntur? vide Gabr. Pereira *d. cap. 17. num. 13.**
25. Visitare posse Episcopum tam Confraternitates laicorum in monasterijs, vel Ecclesijs Regularium existentes, in ijs tamen, quae Confratrum administrationem concernunt, quam etiam hospitalia, ac beneficia commendata, in quibus non viget Regularis observantia, resoluti Sel. *d. cap. 22. nu. 12. ubi ait sic censuisse S. Congreg. Episcopi & Regul. in Caputaquen. 27. Junij 1609.*
26. Visitare posse Episcopum tam Confraternitatem existentem in Ecclesia Monachorum Montis Virginis, cuius superiores non subijciuntur Episcopo, sed habent in eorum monasterijs legitimam iurisdictionem dependentem ab Abbate, qui est caput Ordinis, quique cum suis monasterijs subijcitur immediatè Sedi Apost. resoluti Sel. *d. cap. 22. num. 13.*
- ¶ Etiam quas scholas, &c.] Episcopus potest Visitare Vniuersitates omnes, exceptis illis, quae sub Regum protectione sunt, ut per Narbona l. 31. gloss. 1. num. 5. tit. 7. lib. 1. noua Recopil.*
27. *¶ Non tamen quae sub Regum immediata protectione sunt, &c.]* Vide Ordin. Reg. Lusit. lib. 1. tit. 62. §. 42. ubi Parens meus plures Doctores citat, Mart. *de iurisdic. part. 2. c. 18. num. 2. cum seqq. Perez de Lara de annuuar. & capellan. lib. 2. cap. 1. num. 49. Valasc. conf. 105. num. 62. Cabed. de patronatibus Regia Corona cap. 39. num. 3. & cap. 45. nu. 5. Ceuall. commun. contra communes q. 897. num. 984. Armendar. in addit. ad recep. Regum Navarrae lib. 1. tit. 6. de visitat. num. 70. cum seqq. metipsum d. alleg. 75. num. 16. Valenz. conf. 58. num. 22. Gabr. Pereira de Manu Regia part. 1. c. 17. num. 11. pag. 170. nouissimè Stephan. VVeyms *d. constit. 16. num. 13. pag. 176.* ubi rationem huius decisionis praestat, quia Tridentina Synodus satis videtur considerare curam, & sollicitudinem Regum, quia talia hospitalia in sua potestate habent, nec volunt Episcopis causam praebere se immiscendi foundationibus illis, quos Reges ex proventibus proprijs, aut arario publico constituerunt, suaeque iurisdictioni, & immediatè protectioni referuarunt.*
28. Non comprehendi sub nomine talium hospitalium, nisi ea, quae expressè reperiuntur sub immediata Regum protectione, referunt decem Mart. *d. e. 18. num. 4. Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 71. Steph. VVeyms d. loco num. 13. post med. ubi aduertit hanc exceptionem etiam extendi ad ea hospitalia, & collegia, quae sunt sub immediata protectione aliorum superiorum, & sublimium Principum, qui Regalia in ditionibus sibi subditis possident, etiam si fortasse Regis titulum non gerant, quae deinceps referunt posse Episcopos visitare, & exequi, quae in hoc Concilij decreto, etiam si hospitalia à laicis administrantur, & sint sub generali, seu immediata protectione Regum, seu Principum secularium, dummodo aliàs Ecclesiastica sint, vel pro Ecclesiasticis habeantur. Ciardin. *d. cap. 65. num. 4.**
29. Hospitale aliquod visitare volenti si opponatur exceptio quòd sub immediata Regum protectione existat, non ad secularem iudicem, sed ad ipsum Episcopum talis exceptionis cognitionem, & definitionem pertinet, referunt decem Mart. *d. e. 18. num. 5. Armendar. d. tit. 6. de visitat. n. 72. Ego ipse d. alleg. 75. n. 20. Stephan. VVe ym s. d. loco num. 16.*
30. Hoc decreto nunquam fuit iurisdictioni Ordinarij derogatum, aut detractum in aliquo, etiam in locis, quae sunt sub immediata Regum protectione, & ideo iurisdictionem, quam prius ante Concil. Episcopi habebant in dictis locis, etiam post Concil. exercere possunt, ita Sel. *d. cap. 22. num. 20. attestans ita fuisse decem in Neapolitana 12. Augusti 1618. Quare in his hospitalibus, seu Confraternitatibus de Regum protectione possunt Praelati visitare decentiam diuini cultus, & ornamento rum, ut docent Antonin. Diana *moral. resolut. part. 1. tract. 2. resolut. 100. Gabr. Pereira d. p. 1. cap. 17. num. 12. adducens doctrinam Abb. in cap. vit. de censib. & aliorum, quos refert Paris. conf. 34. resolutum quòd licet Episcopus non visitet capellas particulares, & exemptas, tamen potest inquirere an decenter ibi Sacra ministrantur; & respondit decretum Concilij in praesenti procedere circa opera, quae in illis locis exercentur, & circa petendas rationes eorum, quae ibi expenduntur, non autem de visitatione circa cultum diuinum, quae ad Episcopos, necessario, & priuatiuè spectat, quia res spiritualis est & ecclesiastica.**
- ¶ Seu pauperes sustentandos.]* Vide Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 44. in fine.*
31. *¶ Cognoscant, & exequantur.]* Posse Episcopum compellere laicum ad executionem, resoluti Stephan. Gratian. *Marchia decis. 189. dub. 2. quem refert Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 714. in fine.*
32. *¶ Non obstantibus.]* Episcopum posse visitare administratores locorum piorum, & ab eis rationem administrationis exigere, quibuscumque exemptionibus, & iudicium inhibitionibus non obstantibus, tenet Rota apud Tambur. *in fine tom. 3. de iure Abbatum decis. 53. num. 3. cum seqq. ubi num. 7. dicit quòd Episcopus non est impediendus in exercitio suae ordinariae iurisdictionis donec cognoscatur an privilegium intret necne, & num. 9. quòd exemptionis quae possessio non acquiritur ex eo solum quòd non appareat Episcopum exercuisse iurisdictionem, nisi probeatur quòd venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsio acquiescent, vel aliàs habuerit se pro spoliato. Vnde si quis administrator piorum locorum videns se contristatum ad reddendam rationem suae administrationis, appellaret, licet admittatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut suspendi executionem assent decem Zetoli *in praxi Episcopi p. 1. verb. hospitale verb. sextum, quem refero d. alleg. 75. num. 62.**
33. *¶ Quacunq[ue] consuetudine.]* Haec verba intelligenda esse de consuetudine post Concil. sciente, & patiente Episcopo introducta, resoluti Sel. *d. cap. 22. nu. 30. ubi testatur sic fuisse decem in Laman. 19. Septembris 1625.*

*Administratores cuiusvis fabricæ, Confraternitatis, & quorumcunque
piorum locorum, singulis annis reddant rationem Ordinario,
nisi aliter in fundatione sit cautum.*

C A P V T I X.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Doctores de materia cap. agentes.</p> <p>2 Ratio sumptuum fabricæ cuiusvis Ecclesiæ est reddenda Episcopis ordinarijs.</p> <p>3 Capitulum, & Canonici tenentur reddere Ordinario rationem administrationis fabricæ Ecclesiæ Cathedralis.</p> <p>4 Fabricam visitare solus Episcopus potest.</p> <p>5 Fabricarum redditus potest Episcopus expendere pro suo arbitrio.</p> <p>6 Intelligitur tam de hospitalibus ecclesiasticis, quam privatis.</p> <p>7 Hospitalium administratores debent Episcopo reddere rationem administrationis suæ.</p> <p>8 Episcopus potest ab administratoribus hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere, donec, &c.</p> <p>9 Confraternitas Montis pietatis.</p> <p>10 Episcopus etiam extra visitationem potest eleemosynas Montis pietatis ex officio suo cognoscere, & exequi.</p> <p>11 Constitutio Pauli V. prohibens dispositionem pecunie, prohibere etiam censetur dispositionem frumenti.</p> <p>12 Loca pia siue publica, siue privata, ecclesiastica, siue laicalia visitari possunt per Episcopum.</p> <p>13 Administratores piorum locorum, etiam exemptorum nullam rationem reddentes, posthac eam Episcopo reddere tenentur.</p> <p>14 Ordinarius, habet votum sicut ceteri deputati in absolviendo, vel condemnando administratores piorum locorum.</p> <p>15 Episcopus potest exigere rationem administrationis ab administratoribus, etiam in locis, quæ sunt</p> | <p>sub immediata Regum protectione.</p> <p>16 Rationes ab administratoribus piorum locorum per Episcopum pluries in anno repeti possunt.</p> <p>17 Rationem redditionum neque Episcopus, neque Capitulum debet exigere tempore, quo recitantur divina officia.</p> <p>18 Abbates, Prapostiti, & Abbatissæ Regularem vitam ducentes non tenentur Episcopo reddere rationem.</p> <p>19 Monasteriorum administratores de illis rationes reddere non tenentur.</p> <p>20 Episcopi sunt cumulatiue executores piarum dispositionum ad alios inferiores.</p> <p>21 Capitulum Sede vacante.</p> <p>22 Exequutio aduersus administratores hospitalium condemnatos spectat ad Episcopum.</p> <p>23 Episcopus, & eius officiales, ac Notarij nihil percipere possunt emolumentorum in receptione rationis administrationis.</p> <p>24 Hospitalis computa stante consuetudine Episcopus vnâ cum magistro eiusdem hospitalis recognoscere tenetur.</p> <p>25 Excommunicare potest Episcopus Fratrem Capellanum Religionis Hierosol. non reddentem rationes administrationis Parochialis secularis.</p> <p>26 Executores vltimarum voluntatum nihil dare debent Episcopo, seu eius officialibus pro causa laboris in recipienda ratione administrationis bonorum.</p> <p>27 Institutiones piorum locorum obseruandæ circa reddendas rationes administrationis earum.</p> <p>28 Locum habet etiam extra visitationem.</p> <p>29 Consuetudines sunt sublata per hoc cap. & solum preseruatæ institutiones.</p> |
|---|---|

Administratores, tam ecclesiastici, quam laici, a fabricæ cuiusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, & hospitalis, confraternitatis, eleemosyna, & Montis Pietatis, & quorumcunque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario: consuetudinibus & priuilegijs quibuscumque in contrarium sublatis: nisi secus forte in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset. Quod si ex consuetudine, aut priuilegio, aut ex constitutione aliqua loci, alijs ad id disputatis ratio reddenda esset: tunc cum ijs adhibeatur etiam Ordinarius: & aliter factæ liberationes dictis administrationibus minimè suffragentur.

a Clem. quia cōtingit & re autem præmissi. de relig. dom.
b Su. pr. f. 7. c. vlt. & infra f. 21. c. 8. de reformat.

1. **V**ide Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 13. num. 27. Gutierrez Canon. lib. 1. cap. 25. num. 19. cum seqq. Flores de Mena variat. lib. 3. quæst. 21. num. 180. cum multis seqq. Aloyf. Ricc. in collectan. decis. part. 3. collect. 714. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 395. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 45. & gloss. 29. num. 3. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 24. §. 1. Mart. de iurisdict. part. 2. cap. 18. num. 6. 9. & 10. Sel. in select. Canon. cap. 23. per tot. Salgado de protectione Regia, tomo 1. part. 2. cap. 11. per tot. Rota decis. 355. part. 1. recent. metiptum de officio & potestate Episcopi part. 3. alleg. 75. num. 57. cum seqq. Valenzuel. consil. 122. num. 38. tomo 2. Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concilium Tridentinum innouatas, constitut. 16. à num. 8. pag. 174.
2. **a** Fabricæ cuiusvis Ecclesiæ.] Rationem sumptuum fabricæ cuiusvis Ecclesiæ esse reddendam Episcopis ordinarijs, nisi in institutione eiusdem Ecclesiæ fabricæ aliter

ter statutum sit, refert decism Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra lib. 1. tit. 17. l. 7. de Episcop. num. 78. versitum & rationem.

Capitulum & Canonicos teneri reddere Ordinario rationem administrationis fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, nisi constet ex institutis & ordinationibus eius non posse Ordinarium se intromittere, refert decism Armendar. d. num. 78. in fine.

4. Visitare fabricam solum Episcopum posse dicit resolutum Garc. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 198.

5. Fabricarum redditus posse Episcopum expendere pro suo arbitrio, testatur decism idem Garc. d. p. 3. cap. 2. num. 198. in fine.

6. Hospitalibus ecclesiasticis, &c.] Intelligi debere tam de hospitalibus ecclesiasticis, quam privatis, refert decism Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra lib. 1. tit. 29. l. 2. §. 1. de hospitalib. num. 11.

7. Hospitalium administratores debere Episcopo reddere rationem administrationis suae, etsi consuetudine, privilegio, & institutione aliqua personis alijs ad id officium electis ratio esset reddenda praedictae administrationis, reddendam tamen Ordinario cum interuentu dictorum electorum, refert decimum Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarrae li. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, n. 79.
8. Possit Episcopus ab administratoribus hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram Ordinario eodem doctum fuerit de institutione, in qua secus expressè cautum sit, & tunc curare debere, ut quod ordinatum est, obseruetur, resolutum dicit Armendar. d. §. 1. de hospital. nu. 5. Eleganter Stephan. VVeyms d. constitutione 16. num. 19. cum seqq. ubi affirmat, verba illa, donec coram Ordinario eodem, &c. non eò tendere ut semper remoueri possit Ordinarius quoties fundator expressim vetuit Episcopus se intromittere, quia efficere non potest testator, vel fundator quin leges in suam dispositionem infundat, & locum obtineant, *l. nemo possit. ff. de legat. 1.* sed ut certa ab incertis separentur, aduertit idem Stephan. VVeyms d. loco num. 23. istam visitandi, corrigendi, & rationes audiendi auctoritatem Episcopo competere generaliter & in vniuersum omni casu, exceptis dumtaxat tribus: primo quando hospitalia sunt immediate subiecta protectioni Regum, de quo diximus cap. precedenti num. 27. cum seqq. Secundo quando in ipsa fundatione per fundatores laicos, ex consensu Episcopi, vel alterius Superioris ecclesiastici expressè cautum est ne Episcopus intromittatur, vel ne administratores teneantur suis rationibus adhibere Episcopus, de quo infra num. 27. & in hoc sensu interrogata sacra Congregat. an stante prohibitione in fundatione hospitalis, quod Ordinarius non possit se intromittere in illius visitationem, nihilominus possit Ordinarius visitare? censuit non posse. Tertio quamdiu fundator laicus adhuc superstes est, & suae fundationi auctoritatem Episcopi, vel alterius Superioris non adhibuit, nulla quoque sunt partes Episcopi, ut administrationi hospitalis sese possit immiscere; quia, ut diximus, in manu, & arbitrio fundatoris eo usque permanet.
- Episcopus, aut eius visitatores possunt recognoscere horrea publica quando secularium magistratuum magna est desidia, ac socordia in illorum administratione, vide Gutierrez canonice lib. 1. cap. 35. num. 38. Parlad. differens. 9. §. 3. num. 7. Escobar. de ratione. p. 1. cap. 7. num. 51. Ceuall. commun. tom. 4. quest. 897. num. 588. cum seqq.
- Montis pietatis.] De Confraternitate Montis pietatis, & an sit licita, & de multis dubijs circa eam occurrentibus, vide Caiet. in opusculo de Monte pietatis, Bernard. Busto in defensorio Montis pietatis, Sor. de iustis. lib. 6. quest. 1. art. 6. Ludouic. Lopez in instruct. conscient. p. 2. cap. 59. à principio. Medin. in C. de restitut. cap. de casu simili quest. 10. Montis pietatis, pag. 152. Mich. Palat. de contract. lib. 3. cap. 4. pag. 197. cum seqq. Gemin. in cap. nauiganti. §. 3. à num. 80. de usuris. Petr. Gregor. de Republ. lib. 13. cap. 16. à num. 9. Bañes 2. 2. 9. 78. art. 4. Salon. etiam 2. 2. quest. 78. art. 2. Nauarr. in comment. de usuris. num. 59. & in manual. cap. 17. num. 213. Cardin. Tol. et. in summa lib. 5. cap. 38. Perez de Lara de Capellan. & annuer. lib. 1. cap. 23. Quaranta in sum. Bullarij, verb. Montes pietatis, Vgolin. de officio Episcopi cap. 23. §. 1. num. 4. Salas de contract. lib. 1. de usuris dub. 33. num. 3. Bonacin. in simili tract. disp. 3. quest. 3. puncto 12. Molin. de iustis. tract. 2. disp. 325. Leth. eod. tract. lib. 2. cap. 20. dub. 23. Rebello de obligat. iustis. p. 2. lib. 8. quest. 13. Paul. Comit. respons. moral. lib. 3. quest. 35. Azor. in iust. moralium p. 3. lib. 5. cap. 8. Valer. Regual. in praxi fori poenitent. lib. 25. num. 207. Barthol. à S. Faustino in saeculo Confess. p. 1. disp. 7. de monte Pietatis.
- Episcopus etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, potest eleemosynas Montis pietatis, siue charitatis, & loca omnia quomodocunque nuncupentur, etiam si cura illorum ad laicos pertineat, & etiam si sint excepta, ex officio suo cognoscere, & exequi, pro ut ea omnia, quae ad Dei cultum & animatum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt; pecnon Episcopo licet exigere rationem ab administratoribus eorum locorum merè laicorum, & priuatorum generaliter absque vlla distinctione, & quando ex privilegio, vel consuetudine, vel aliqua alia constitutione alijs reddenda esset, ratio eidem reddenda est, adhibito cum illis Ordinario, nisi in fundatione cautum esset alter, nempe quod rationes nec Ordinario reddenda essent, ita refert decimum Sel. in select. canon. cap. 23. num. 2.
- Constituto sanctae mem. Pauli V. prohibens dispositionem pecuniae Montis pietatis in alios quam pauperum vsus in ipsorum Montium erectione praescriptos absque Sedis Apostolicae licentia, prohibere etiam censetur dispositionem frumenti, ita Sel. d. cap. 23. num. 3. attestans sic censuisse S. Congregat. Episcop. & Regul. sub die 14. Februarij 1631.
- Et quoruncunque piorum locorum.] Siue ea sint publica, siue priuata, ecclesiastica, vel laicalia, ut refert decimum Armendar. d. l. 7. de Episcopis, num. 78. quem refero Ego ipse d. allegat. 75. num. 56.
- Piorum locorum, etiam exemptorum, administratores nullam rationem reddentes posthac eam Episcopo reddere teneri, quod si alijs reddere solent, cum illi tamen praesentialiter adhibendum esse Episcopus, qui quoties in dicto actu ad rationem computorum adhibetur, in condemnatione, vel absolutione vnicuique votum habere, asserit resolutum Armendar. d. l. 7. de Episcopis, nu. 78. vers. item & administrator.
- In absolendo, vel condemnando administratores piorum locorum Ordinarium habere votum sicut ceteros deputatos, & eius votum debere numerari cum alijs, ita ut maior pars votorum absoluat, aut condemnet, dicit decimum Armendar. d. num. 79. vers. item Ordinarium, & lib. 4. tit. 29. l. 2. §. 1. de hospital. lib. num. 10. Stephan. VVeyms d. loco num. 8. in fine.
- Episcopus potest exigere rationem administrationis ab administratoribus, etiam in locis, quae sunt sub immediata Regum protectione, vel etiam ex Apostolico privilegio ante Concilium exempta à quacunque iurisdictione Ordinarij quandoquidem hoc decreto ab huiusmodi rationibus reddendis non excipit loca Regiae protectionis, sicut illa exceperat cap. 8. precedenti, quoad visitationem, ita Sel. d. cap. 23. num. 5. attestans sic fuisse decimum in Neapolitana 11. Augusti 1618.
- Singulis annis.] Pluries tamen in anno rationes repeti posse, praecipue quando Episcopo confiterentur illas dolose redditas fuisse, vel quando reddito non fuit finalis, & plena cum restitutione reliquorum, resoluti Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. resol. 134. in 2. edit. quem refero Ego ipse d. alleg. 75. num. 63.
- Teneantur reddere rationem, &c.] Rationum redditionem neque Episcopus, neque Capitulum debet exigere tempore, quo recitantur horae Canonicae, & Diuina celebrantur, ita refert decimum Armendar. d. l. 7. de Episcopis num. 79. vers. denique 1. Garc. in addit. ad summ. tract. de benef. p. 3. cap. 2. num. 568.
- Rationem Episcopo reddere non tenentur Abbates, Praepositi, & Abbatissae Regularem vitam ducentes, ita attestatur resolutum Armendar. d. l. 7. de Episcopis num. 79. vers. & Abbates.
- Monasteriorum administratores de illis rationem reddere non tenentur, ut refert decimum Armendar. d. l. 7. de Episcopis, num. 78. vers. administratores.
- Ordinario.] Episcopus cumulatae executiones ad alios inferiores piorum dispositionum esse, refert decimum Armendar. d. l. 7. de Episcopis, num. 76.
- Et succedere in hac potestate Capitulum Sede vacante resoluunt Quarant. in summa Bullarij, verb. Capitulum, vers. septimo Zerol. in summa Bullarij, part. 2. verb. Capitulum, §. 9. quos refero d. allegat. 75. numer. 61. in fine.
- Executionem aduersus administratores hospitalium condemnatos, iuxta e. precedentem, siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue vna cum alijs deputatis, ad ipsum Ordinarium spectare, refert decimum Armendar. d. lib. 4. tit. 29. §. 1. de hospital. lib. num. 4.
- Episcopus, & eius officiales, ac Notarij nihil percipere possunt emolumentorum in receptione rationis administrationis, quae fit singulis annis ab illis, quibus

bus administratio operum piorum reperitur commissis, quamvis etiam ante Concil. Trid. & ab immemorabili tempore consueverit recipere rationem huiusmodi administrationum vnà cum dictis emolumentis, vt asserit resolutum Sel. d. cap. 23. num. 6. dicens sic fuisse resolutum in vna Gerunden.

24. Hospitalis computa stante consuetudine Episcopus vnà cum Magistro prædicti hospitalis recognoscere tenetur, ex Sel. dicta cap. 23. nu. 7. asserens sic fuisse decisum in Agathen. 19 Nouembris 1616.

25. Excommunicare potest Episcopus Fratrem Capellani Religionis Hierosolymitanae, qui administravit redditus Parochialis secularis citatum ab Episcopo in visitatione ad reddendam rationem, & non comparentem, ita Sel. d. cap. 23. num. 10. vbi refert decisum in Vulturarien. 7. Septembris 1630.

26. Executores vltimarum voluntatum nihil dare debent Episcopo, seu eius officialibus pro causa laboris in recipienda ratione administrationis bonorum testatoris, nec illi quicquam erigere possunt etiam stante consuetudine exigendi quatuor denarios pro singulo scuto, ita Sel. d. c. 23. num. 10. attestans ita fuisse decisum in Barchinonen. & Gerunden. 1. Decembris 1618.

27. Nisi secus foris in institutione, &c.] Expressè excipit vnum casum Tridentina Synodus, quo Ordinarius sese immiscere non potest reddendis rationibus istorum administratorum, videlicet quando secus in institutione & ordinatione expressè cautum fuerit, vide Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 35. & gloss. 29. num. 3. Marta d. cap. 18. num. 6. 9. & 10. Rotam dec. 33. in princip. p. 2. recent. Stephan. VVeyms d. consil. 16. à num. 19. vbi intelligit quando in

ipsa fundatione per fundatores laicos ex consensu Episcopi, vel alterius Superioris ecclesiastici expressè cautum est, ne Episcopus interueniat, vel administratores non teneantur suis rationibus adhibere Episcopum; id enim postulare huius cap. verba citata, nam vt sic expressim cauere possint fundatores ex speciali consensu Ordinarij permissum ipsis est, ne contingat laicos retrahi à fundationibus piorum locorum. Vide nouissimè Francisc. Carpan de executor. testam. lib. 1. cap. 22. num. 69. vbi dicit dispositionem huius decreti in præcatis verbis non habere locum in illis casibus, in quibus Episcopus de iure se intromittere valet, veluti data negligentia executorum, refero d. allegat. 82. num. 39.

Decretum Concilij in præcatis locum habere etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, & licere Episcopis exigere rationem ab administratoribus etiam locorum mere laicorum, & priuatorum, & generaliter sine vlla distinctione. Et quando ex privilegio, vel consuetudine, vel alia constitutione alijs reddenda esset ratio, eisdem reddendam esse adhibito cum illis Ordinario, nisi in fundatione aliter cautum esset, nempe quòd rationes Ordinario reddendæ non essent, refert decisum Marta de iurisdict. p. 2. c. 18. ex num. 6.

Quòd si ex consuetudine, &c.] Sublatas esse per hoc cap. consuetudines, & solum præseruatas institutiones, asserit Sel. d. cap. 23. num. 20. attestans ita fuisse decisum 3. Februarij 1929.

An & quando Capitulum ex constitutione, vel consuetudine deputat quosdam, quibus redditur ratio, intret limitatio hæc Concilij? Vide Rotam decisione 35 5. par. 1. recent.

Notariorum quorumcunque sufficientiam scrutentur Ordinarij, & non sufficientes, ac delinquentes prohibeant, ac arceant à causis ecclesiasticis ad arbitrium suum.

C A P V T X.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Inferiores quasi Episcopalem iurisdictionem habentes habent facultatem examinandi Notarios,
- 3 Episcopus vti post Notario criminali ciuitatis, si sit vir probus.
- 4 Prouinciales Religionum possunt creare Notarios

- intra ordinè pro causis criminalibus Religiosorum.
- 5 Episcopus liberè punire potest suos Notarios, officiales, aliosque ministros laicos in suis officijs delinquentes.
- 6 Notarij possunt confiscare instrumenta contractus personarum ecclesiasticarum.

Cum ex notariorum imperitia plurima damna, & multarum occasio litium oritur: a possit Episcopus ß quoscumque notarios, etiam si Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tanquam delegatos Sedis Apostolicæ, examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari: illisque non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officij eius in negotijs, litibus, & causis ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi vsu perpetuò, aut ad tempus prohibere, & neque eorum appellatio interdictionem Ordinarij suspendat.

1. Vide Azeued. l. 2. num. 18. tit. 7. lib. 3. noua recop. Franc. Leon. in thesauro fori eccl. p. 3. c. a. 2. num. 76. Salgado de protel. Regia tom. 1. p. 3. c. 8. num. 2. cum segg. Piafec. in practi. Episcop. p. 2. cap. 4. num. 12. vbi ita ait: Notarius non debet esse persona vilis, neque illegitimus, Armill. verb. tabellio, num. 5. debet irare in ingressu officij sui quòd fideliter illud exercebit, & requisitus super auditis conficiet instrumentum sine diminutione veritatis, & sine admixtione falsitatis, Syluest. verb. tabellio, q. 6. omnia pertinentia ad artem suam scire tenetur, Abb. in c. 1. de fide instrument. & debet intelligere clausulas, que in instrumentum ponuntur: quòd si interrogatus explicare sui instrumenti clausulas nescierit, inualidum esset instrumentum, Alber. in l. fin. §. pen. ff. ad Velleian. Plura de notariorum qualitate, & peritia videri poterunt in libello de erroribus notariorum ab Antonio Tassara curioso satis collecto. Hactenus Piafec.

2. a Possit Episcopus;] Facultatem tributam Episcopis hoc decreto examinandi Notarios, competere etiam inferioribus quasi Episcopalem iurisdictionem habentibus,

refert decisum Sel. in selectis canon. eud. 25. num. 16. ß Quoscumque Notarios, &c.] Episcopum vti posse Notario criminali ciuitatis, si sit vir probus, & aduena, & sub quouis prætextu taxam non excedat, tradit Sel. d. c. 25. nu. 17. attestans sic decidisse S. Congrega. Episcop. & Regul. in vna ciuitatis Castellæ 14. Aprilis 1615.

Prouinciales Religionum creare posse Notarios intra Ordinem pro causis criminalibus Religiosorum, ita ut illis tanta fides adhibeatur, quanta Notario seculari, obseruant Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 13. art. 2. & tom. 3. quest. 8. art. 1. Laurent. de Portel. in dubijs regular. verb. Notarius à num. 1. Hieron. Roder. in compend. quest. regul. resol. 100. num. 1. vbi ait quòd Generales, Prouinciales, & alij superiores Regularium, quibus processus fulminare incumbit, iudicè creant ex suis Religiosis Notarios ad certas causas, quos Secretarios vocant, sed non possunt perpetuos, præcipuè ad causas extra Religionem decidendas. Aldrete de religiosa disciplina tuenda. lib. 1. c. 8. nu. 9. vbi addit quòd Notarius creatus à Guardiano, vel Priorè, de-

re, debet recipere iuramentum fidelitatis tanquam de essentia officij Notarij, tenerique se subscribere post examina testium, & eorum subscriptionem, Castellin. de elect. cap. 20. num. 42. pag. 444. vbi etiam asserit Bullam Pij V. incip. *Debitum Pastoralis*, sub dat. 21. Martij 1571. in qua conceditur facultas quod superiores Ordinum Fratrum Prædicatorum in vnaquaque prouincia possint constituere etiam plures sui Ordinis Fratres ab eis approbatos in Notariis publicis pro intimandis mandatis & rescriptis Apostolicis publicam, vel priuatam dicti Ordinis vtilitatem concernentibus, quod etiam tradit Sigism. à Bononia de elect. sub. 43. num. 12. & Hieronym. Roderic. d. num. 1.

Aut quandocumque in officio delinquentibus, &c.] Episcopum, & iudicem ecclesiasticum liberè posse punire, & castigare suos Notarios, officiales, aliosque ministros laicos in suis officijs delinquentes, resoluunt Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 3. cap. 10. num. 3. Parlad. different. 9. §. 1. num. 28. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 77. num. 48.

Et causis ecclesiasticis.] Extendi ad contractus personarum ecclesiasticarum, qui de eorum patrimonialibus bonis conficiuntur, præsertim stante consuetudine quod causæ earum ratione bonorum ad forum ecclesiasticum spectant, refert decimum Sel. in select. Canon. c. 25. num. 18.

Neque eorum appellatio, &c.] Vide Azeued. ad l. 2. num. 18. tit. 7. lib. 3. noua recop. pag. 285.

Occupator quarumcumque obuentionum pijs locis applicandarum, aut impediens quocumque colore ne fructus percipiantur, à quibus debentur, anathemati subiaceat tandem, quamdiu non restituerit, ac à summo Pontif. absolutionem non obtinuerit.

CAPVT XI.

1 Bona seu fructus quoscumque Ecclesie locorumque priorum usurpantes ipso facto excommunicati sunt quousque integrè restituerint.

2 Excommunicatio Bullæ in Cæna Domini claus. 18.

3 Iurisditionem ecclesiasticam sibi tanquam propriam usurpantes ligantur censura Bullæ in Cæna claus. 18.

4 Sequestrantes, vel surripientes iniquè fructus alicuius beneficii afficiuntur excommunicatione huius c.

5 Distributiones iniquè sequestrantes, vel usurpantes afficiuntur censura huius cap.

6 Censura Bullæ in Cæna Domini quatenus ligentur fructuum usurpatores.

7 Fructus patrimonij alicuius Sacerdotis usurpantes non obstringuntur excommunicatione Bullæ in Cæna Domini.

8 Fructus beneficii vacantis usurpans incidit in excommunicationem Bullæ in Cæna Domini.

9 Clerico subtrahens tantum ex fructibus beneficii, quantum respondet suo credito non afficitur censura Bullæ in Cæna Domini.

10 Arbore alieni beneficii cedens, sibi que illas usurpans incidit in excommunicationem huius cap.

11 Rectores priorum locorum cedentes arbore frugiferas quando incidant in excommunicationem huius decreti.

12 Bona Ecclesie occupans debet scire prædicta bona occupata esse Ecclesie ad incurrendam excommunicationem huius cap. & Bullæ.

13 Patronus capiens aliquid de bonis Ecclesie sui iuris patronatus, eo priuatus est ipso iure.

14 Patronus se ingerens in perceptione fructuum beneficii patronati, aut bona ipsius usurpans, priuatus est statim iure patronatus.

15 Bona ecclesiastica iniuste usurpans est inhabilis ad omnia beneficia ecclesiastica.

65. Aurelian. 10.
b. 1. Tim. 6.
C6c. Tubur. c. 7. Concil. Aurelian. 3. c. 22. Concil. Paris. 1. ca. 1. C6c. Turon. 2. c. 15. Conc. Aurelian. 5. c. 15. Concil. Magun. c. 10 & 11. Conc. Vvormat. c. 75. Concil. Aug. usgran. c. 38. Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 9. & 10. cap. prædicta cum seq. 12. q. 2.

SI^a quem Clericorum, vel laicorum, quacunque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum^b omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesie, seu cuiusvis secularis, vel regularis beneficii, Montium Pietatis, aliorumque priorum locorum & iurisditiones, bona, census ac iura etiam feudalia & emphyteotica, & fructus, emolumenta, seu quascumque obuentiones quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quaesito colore in proprios vsus conuertere, illisque usurpare præsumperit, seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur, is anathemati tandem subiaceat, quamdiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, peruenerint, Ecclesie, eiusque administratori, siue beneficiato integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesie patronus fuerit etiam iurepatronatus ultra prædictas penas eo ipso priuatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & usurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit: eidem penis subiaceat, necnon quibuscumque beneficijs priuatus sit, & ad quacumque alia beneficia & inhabilis efficiatur, & à suorum Ordinum executione, etiã post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarij arbitrio suspendatur.

1. Vide Salzed. ad Bernard. cap. 74. in fine, Soar. tom. 5. de censur. disput. 22. sect. 6. num. 22. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. bona, pag. 31. Azou. instit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 27. quest. 10. in med. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 31. num. 26. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 8. §. 24. num. 1. Valer. Reginal. in praxi feri paenitent. lib. 30. tract. 3. num. 154. vers. decimum tertium, Franc. Leon. in thesauro fori eccles. part. 1. cap. 15. num. 44. Paul. Comitoli. respons. moral. lib. 3. quest. 23. num. 2. Bonacin. de censuris Bullæ Cæna, disput. 1. quest. 18. puncto 4. metipsum de officio & potest. Episcopi. part. 3. alleg. 50. num. 130.

secundum Lugdun. impress. & de Parocho p. 1. cap. 13. num. 38. cum seqq. Filluc. in quest. moral. tract. 15. num. 75. vers. 10. & num. 117.

Incidunt quoque in excommunicationem Bullæ in Cæna Domini qui iurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad summum Pontif. & Sedem Apostol. & quascumque ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa sine Romani Pontif. vel aliorum ad id legitimam

nam facultatem habentium expressa licentia sequestrant, ut expresse habetur in eadem Bulla *can. 18. de qua excommunicatione vide Nauar. in man. cap. 27. sub num. 79. vers. decima septima*, Jacob. de Grass. *in aureis decis. p. 1. lib. 4. c. 18. num. 130. alias c. 144. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 21. Anton. de Soufa in relect. Bulla Cœna ca. 18. Duard. lib. 2. in canon. 17. Soar. d. tom. 5. disp. 21. sect. 2. num. 95. cum seqq. Bonacin. de censur. Bullæ in Cœna Domini disp. 1. q. 18. a princ. Octau. Glor. resp. 12. num. 7.*

3. *a. Iurisdictiones.* Ligari quoque censura Bullæ in d. *can. 18.* qui iurisdictionem quamcumque sibi usurpat, saltem si illam usurpet tanquam propriam, & ad se pertinentem & modo iurisdictionem quam usurpat pertineat ad personas ecclesiasticas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum, resoluit Soar. d. *disp. 21. sect. 2. num. 95. Duard. d. can. 17. quest. 3. num. 13. Filliuc. tract. 16. cap. 8. quest. 10. num. 219. Anton. de Soufa d. cap. 18. disp. 86. num. 2. Bonacin. d. q. 18. puncto 2. num. 3.*

4. *β. Fructus emolumenta, &c.* Surripientem, vel inique sequestrantem fructus alicuius beneficii, affici excommunicationem huius decreti, etiam si beneficium vacet, & resoluunt Soar. d. *disp. 21. sect. 2. num. 98. Duard. d. can. 17. quest. 2. num. 1. vers. 5. ep. sexto. Bonacin. d. quest. 18. puncto 4. n. 9.*

5. Quotidianas distributiones inique sequestrantes, vel usurpantes affici censura huius decreti, quia faciunt actiones, quibus excommunicationis penam Concilium adiunxit, tenent Duard. d. *can. 17. q. 4. num. 12. cum seqq. Bonacina d. quest. 18. puncto 4. num. 8. ep. de horis canon. disp. 2. q. 2. puncto 1. num. 2.*

6. Usurpantem glandes, oleas, fylvas cœduas, scœnum, triticum, vvas, pensiones domorum, vel prediorum, census, decimas, & alia ad ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, vel beneficiorum pertinentia, ligari censura Bullæ in Cœna Domini, quia hæc omnia nomine fructuum, reddituum, & prouentuum continentur, ex Alter. Duard. & Vgolin. resoluit Bonacin. d. *disp. 1. quest. 18. puncto 2. num. 8.*

7. Usurpantem vero fructus, quos Sacerdos percipere solet ex bonis patrimonialibus, ad quorum titulum promotorus est ad sacros Ordines, non obstringi excommunicatione Bullæ, quia isti fructus non competunt illi ratione Ecclesiarum, vel beneficiorum ecclesiasticorum, tenere videntur Nau. d. *c. 27. num. 71. vers. seza. Sayr. d. lib. 3. cap. 21. num. 4. Anton. de Soufa d. cap. 18. disp. 86. num. 3. Filliuc. d. tract. 16. cap. 8. num. 218. quest. 9. Bonacin. d. quest. 18. puncto 2. num. 23. vbi num. 25. idem sentit de fructibus pertinentibus ad Sacerdotem ratione Altaris, seu Capellæ, cuius titulum ipse non habet, & num. 26. subdit usurpantes, vel sequestrantes fructus beneficii ecclesiastici, quod alter beneficiarius conduxit, non affici hac excommunicatione, quia non dicitur usurpare fructus per inentes ad personam ecclesiasticam ratione beneficii, sed ratione contractus conductionis.*

8. Usurpantem fructus, redditus, vel prouentus beneficii vacantis incidere in excommunicationem Bullæ, tradunt Nau. loco proxime citato, Soar. d. *disp. 21. sect. 2. num. 97.*

Valer. Reginal. d. *lib. 9. cap. 2. num. 372. vers. scilicet est. Filliuc. d. tract. 16. num. 217. Duard. d. can. 17. quest. 12. Anton. de Soufa d. c. 18. disp. 88. num. 2. Bonacin. d. puncto 2. num. 31.*

Eum, qui clerico tantum ex fructibus beneficii subtrahit, quantum responderi suo credito, non affici censura Bullæ modo summam sui crediti non excedat, resoluunt Nau. *conf. 31. de sent. excom. Alter. lib. 5. disp. 18. cap. 1. col. 4. vers. hinc sequitur. Filliuc. d. tract. 16. cap. 8. quest. 11. num. 227. Bonacin. d. q. 18. puncto 2. num. 6.*

Cadentem arbores alieni beneficii, sibi que illas usurpantem, vinculo excommunicationis huius decreti inodari, quia præstat hoc faciendo actionem in Concilio prohibitam, tradit Bonacin. d. *quest. 18. puncto 4. sub num. 4. vbi nu. 5. subdit quod si ipsemet beneficiarius, qui beneficium legitime possidet, arbores etiam frugiferas incidat, & illas ad proprium commodum conuertat, non ligatur excommunicatione huius decreti, tum quia licet beneficiarius peccet incidendo, non tamen peccare videtur incisas recipiendo, nam arbores incitæ videntur fructus beneficii, consequenter beneficiarius cedere debent, licet ob perpetratum scelus grauius puniendus veniat, tum quia Concilium in hoc decreto intelligitur de extraneis, non vero de possessoribus beneficiorum, qui extranei non sunt, & addit sic fuisse decisum, quod etiam restatur Filliuc. d. *quest. 11. num. 225.**


Rectores piorum locorum cadentes arbores frugiferas, illasq; in proprios vsus conuertentes cum damno locorum piorum incidere in excommunicationem huius decreti referunt decisum Galet. *in margarita casuum conscientie, verb. bona pag. 27. Bonacin. d. disp. 1. quest. 18. puncto 4. num. 7. vbi secus dicendum ait, si arbores frugiferas cadant, sed in proprios vsus non conuertant.*

Ut quis incidat in excommunicationem latam in hoc decreto, & in Bulla Cœne Domini contra occupantes bona Ecclesiarum, an requiratur ut habeat scientiam quod prædicta bona occupata sint Ecclesiarum, vide Aloyf. Rice. *in dec. Curia Archiep. Neap. p. 4. dec. 51. vbi dec. 303. ostendit qualiter hæc scientia probetur.*

Quod si eiusdem Ecclesie patronus, &c. Iure patronatus priuatum esse ipso iure patronum capientem aliquid de bonis Ecclesie sui iurispatronatus, siue per se, siue per suppositas personas, & incurrere excommunicationem cum reservatione, de qua in hoc decreto, tenet Galet. *in margarita casuum conscientie, verb. iurispatronatus pen. quem refero in collect. ad c. præterea num. 3. de iurepatr.*

Patronum se ingerentem in perceptione fructuum beneficii patronati, aut bona ipsius usurpantem priuatum esse statim iure patronatus, resoluit Francisc. Leo *in thesauro fori eccles. p. 2. c. 21. num. 31.*

Inhabilis officatur. Usurpantem iniuste bona ecclesiastica, aut usurpanti consilium, auxilium, vel fauorem præbentem esse inhabilem ad omnia beneficia ecclesiastica, & solum Papam dispensare asserunt Nau. *in man. c. 23. num. 110. vbi Bullam Pij V. refert, Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 254. in fine. Molfes. in sum. Theolog. moralis tract. 6. c. 7. num. 39.*



S E S S I O X X I I I.

Vera & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis.

IDE de hoc Sacramento Theologos in 4. disp. 24. vbi S. Thom. Sor. Durand. Bonauent. Palud. & Ricard. Armil. Siluef. & alios Summissas verb. Ordo, Martin. Fornar. in tract. de Ordine, Vinald. in camêlab. aureo, tit. de Sacramento Ordinis, Petrum Martyr. Episc. Elnen in suo director. Curator. tit. de Sacramento Ordinis, Henriquez in summa lib. 10. de Ordinis sacramento, Quarant. in summa Bullar. verb. Ordo, Valent. to. 4. disp. 9. Vasquez in 3. pars. tom. 3. disp. 235. cum seqq. Petr. de Ledetima in sum. p. 1. de Sacram. vbi de Sacramento Ordinis,

Zerol. in praxi Episcop. p. 1. c. 2. verb. Ordo, Piafec. in simili prax. p. 1. c. 1. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. Ordo, Scip. de Rubéis in aphorism. Episcop. eod. verbo, Barthol. Gauant. in Enchirid. seu manuali Episcop. eodem verbo, Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. Aegid. de Coninck de Sacram. tom. 2. disp. 20. Fernand. in examine Theologie moralis p. 3. cap. 11. per rot. Balduin. iun. super opera controuersiarum Bellarm. p. 2. lib. 5. cap. 3. Bonacin. de Sacramento. disp. 8. Gallanet. de iure publico lib. 3. tit. 98. Vgolin. de officio Episcopi ca. 26. Campan. in diuers. iuris canon. rub. 1. cum multis seqq. Thom. Valafe. tom. 1. allegationum super varias materias allegat.